ce; a speranza della quale io son caduto in questa sciagura. Non veggo punto da doverne sperare, massime al presente, dopo lo scacco che egli ebbe nell'Asia [2], nell'Illirico [3], nel fatto di Cassio [4], in essa Alessandria, in Roma, in Italia. Ora, quando bene egli avesse a tornare (che tuttavia si dice mantener la guerra), io credo nondimeno che prima del suo ritorno la bisogna debba esser conchiusa [5]. Quanto a ciò che mi scrivi, che ne' buoni s'è levato un certo che di allegrezza, come ebbero sentito della suddetta lettera, ben veggo io che tu non ti lasci tratto di consolazione che a te paia di poter darmi. Ma io non mi lascio già ire a credere che ci possa essere uomo dabbene che pensi, me aver tanto apprezzato qualsivoglia salute della vita mia, da volerla dimandare a colui; e vie meno, perchè in ciò non ho eziandio alcuno che sia con me. Quelli che sono in Asia, si stanno sull'ali; que' dell'Acaia danno pastura a Fufio circa il pregare. Costoro ebbero al principio sì lo stesso timore e sì la medesima deliberazione che io. L'indugio che portò il fatto di Alessandria fu un acconcio della lor causa, e rovina della mia. Per la qual cosa ti ribadisco la preghiera delle passate lettere, che, se in questo sfasciamento di cose tu sai veder nulla che ti paia da persuadere a me, sì lo faccia. Quando bene io fossi da cotestoro ricevuto (che nol fanno, come tu vedi), tuttavia durante la guerra io non ho nè che fare, nè dove starmi; se poi sono cacciato, vie meno. Aspetto dunque tue lettere, e ti prego che senza manco nessuno io ne abbia.

2 Circa allo scrivere, che tu mi consigli, di queste lettere a Quinto, ben lo farei, se punto mi consolas-

delectarent. Etsi [15] quidam scripsit ad me his verbis: « Ego, ut in his malis, Patris sum non in« vitus: essem libentius, si frater tuus ea de te « loqueretur, quae ego audire vellem. » Quod ais, illum ad te scribere, me sibi nullas literas remittere; semel ab ipso accepi: ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est. Quintum filium ad me acerbissime scripsisse, iam ante ad te scripsi [16].

3 Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse, et a te suscipi posse, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de testamento [17]. Tempora monent, ut videat, ut satisfaciat, quibus debeat. Auditum ex Philotimo est, eam scelerate quaedam facere [18]. Credibile vix est. Sed certe, si quid est, quod fieri possit, providendum est. De omnibus rebus velim ad me scribas, et maxime de ea [19]; in quo tuo consilio egeo, etiam si nihil excogitas: id enim mihi erit pro desperato [20]. III Nonas Iun.

CDXII. (Ad Att. XI, 17)

Argumentum. Breviter Tulliam advenisse nuntiat, et quid de Caesaris rebus audierit, refert.

sero. Sebbene mi fu scritto da non so chi: « Io, secondo tempi sì miseri, mi sto in Patrasso non malvolentieri. Ci starei più di voglia, se tuo fratello parlasse di te cose che mi piacessero. » Tu mi di', lui averti scritto che io non rispondo alle sue lettere: sappi, io ne ebbi sola una da lui, alla quale la risposta consegnai a Cefalione, il quale dal mal tempo fu ritenuto ben molti mesi. T'ho già detto che Quinto suo figliuolo mi scrisse cose da inferno.

3 D'un'altra cosa ti prego da ultimo: se ti par bene, e credi poterci riuscire, fa di accordarti con Camillo, per ammonire Terenzia circa il testamento [6]. Il tempo richiede che ella vegga come soddisfare a cui ella deve. Da Filotimo s'è udito che ella si portò assai scelleratamente. La cosa a stento mi si lascia credere; nondimeno se c'è via, è da porci riparo al possibile. Scrivimi, di grazia, di ogni cosa per singula, e soprattutto intorno a costei. In questo fatto ho bisogno di tuo consiglio, eziandio che tu non ci trovi partito; nel qual caso avrò la cosa per disperata. A' 3 di giugno.

CDXII. (Ad Att. XI, 17)

Argomento. Annuncia brevemente l'arrivo di Tullia, e narra quel tanto che ha udito intorno alla situazione di Cesare.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XVIII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

Properantibus tabellariis alienis hanc epistolam dedi: eo brevior est, et quod eram missurus meos. Tullia mea venit ad me pridie Idus Iun., deque tua erga se observantia benivolentiaque mihi plurima exposuit, literasque reddidit trinas. Ego autem ex ipsius virtute, humanitate, pietate non modo eam voluptatem non cepi, quam capere ex singulari filia debui; sed etiam incredibili sum dolore affectus, tale ingenium in tam misera fortuna versari, idque accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea [1]. Itaque a te neque consolationem iam, qua cupere te uti video, nec consilium, quod capi nullum potest, exspecto; teque omnia quum superioribus saepe literis, tum proximis tentasse intelligo. Ego cum Sallustio Ciceronem [2] ad Caesarem mittere cogitabam. Tulliam autem, non videbam esse causam, cur diutius mecum tanto in communi moerore retinerem. Itaque matri eam [3], quum primum per ipsam liceret, eram remissurus. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, ὦ τάν [4], ea putato me scripsisse, quae tu ipse intelligis responderi potuisse. Quod Oppium tecum scribis locutum, non abhorret a mea suspicione eius oratio: sed non du-

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 14 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Ho dato questa lettera a' corrieri di questo e di quello, che sollecitavano la partenza; e per questo son poche righe, ed anche perchè volea mandarne i miei. Venne a me la mia Tullia a' 12 di giugno, e mi disse mille cose dell'amor che le porti, e dell'onorarla che fai; e mi consegnò tre lettere. Or della costei virtù, piacevolezza e pietà non solo non ho preso quel piacere che io dovea da sì rara gioia di figliuola, ma in contrario fui trafitto di incredibil dolore, veggendo sì bella indole caduta in istato sì misero; e ciò non per nessuna sua colpa, sì per gravissimo mio peccato. Il perchè io non aspetto oggimai da te quella consolazione che io ti veggo voglioso di darmi; nè consiglio, che omai non resta più luogo ad alcuno: conoscendo io sì dalle passate e molte tue lettere, e sì da queste ultime, che tu hai fatto ogni possibile sperimento. Io fo ragione di mandar a Cesare Cicerone con Sallustio: ma non veggo perchè io mi debba più lungamente, per tribolar tanto ambedue, ritenere la Tullia; di che io penso, come tosto ella sia libera di farlo, rimandarla alla madre. In cambio di quella lettera che tu a modo di consolatore m'hai scritto con somma dolcezza, fa conto che io t'abbia risposto quelle cose che tu stesso conosci essersi potute rispondere. Tu mi scrivi del ragionamento che tenne Oppio con te; ora le sue parole non sono lontane troppo dal mio sospetto: ma io sono

bito, quin istis [5] persuaderi nullo modo possit, ea, quae faciant, mihi probari posse, quoquo modo loquar. Ego tamen utar moderatione, qua potero. Quamquam, quid mea intersit [6], ut eorum odium subeam, non intelligo. Te iusta causa impediri, quo minus ad nos venias, video; idque mihi valde molestum est. Illum [7] ab Alexandria discessisse, nemo nuntiat; constatque, ne profectum quidem illinc quemquam post Idus Mart., nec post Idus Decemb. ab illo datas ullas literas. Ex quo intelligis, illud de literis a. d. V Id. Febr. datis (quod inane esset, etiam si verum esset), non verum esse [8]. L. Terentium discessisse ex Africa scimus, Paestumque venisse. Quid is afferat, aut quo modo exierit [9], aut quid in Africa fiat, scire velim. Dicitur enim per Nasidium [10] emissus esse. Id quale sit, velim, si inveneris, ad me scribas. De H-S x [11], ut scribis, faciam. Vale. XVIII Kalend. Quint.

CDXIII. (Ad Div. XIV, 11)

Argumentum. Tulliam ad se venisse dicit; sibi autem in animo esse, filium cum Sallustio ad Caesarem mittere.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XVII Kal. Quint.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Si vales, bene est: ego valeo [1]. Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iunii: cuius summa vir-

certo che a cotestoro per niun modo (parli io così, ovvero così) non può cacciarsi in capo, le cose che e' fanno poter essere da me approvate. Tuttavia io mi tempererò meglio che per me si potrà: quantunque io non intendo che cosa possa importare a me il farmi da loro odiare. Veggo bene che tu hai giusta causa di non venire a me; e questo medesimo mi duol forte. Che il Sero sia partito da Alessandria non è chi il dica; anzi è certo che dopo i 15 di marzo non è eziandio partita anima di colà, nè dopo quel giorno aver lui scritto nessuna lettera; il che ti dice, la novella della lettera de' 9 di febbraio (che nulla monterebbe, essendo anche vera) esser falsa. Ben sappiamo, L. Terenzio essere partito di Africa, e già venuto a Pesto [1]. Quello che egli porti, per qual gretola uscito, e di quello che si faccia nell'Africa [2], saprei volentieri: da che corre voce, lui per opera di Nasidio [3] essere rimandato. Se trovi come la cosa sia stata, fa di scrivermelo. Circa i diecimila sesterzi, farò come tu di'. A Dio. A' 15 di giugno.

CDXIII. (A Div. XIV, 11)

Argomento. Racconta essere venuta a trovarlo Tullia, e di aver in cuore di spedire il figliuolo con Sallustio presso di Cesare.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 15 di Giugno.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Se sei sana, lodato Dio; io sono altresì. La nostra Tullia venne a me [1] a' 14 di giugno. La sua somma

tute et singulari humanitate, graviore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna [2] esset, atque eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Caesarem mittere, et cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiorem. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. XVII [3] Kalendas Quintil.

CDXIV. (Ad Att. XI, 18)

Argumentum. Filium se iam non, ut constituerat, ad Caesarem missurum, sibique molestissimum esse Brundisii diutius commorari, significat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

De illius [1] Alexandria discessu nihil adhuc rumoris, contraque opinio, valde esse impeditum. Itaque nec mitto, ut constitueram, Ciceronem [2], et te rogo, ut me hinc expedias: quodvis enim supplicium levius est hac permansione. Hac de re et ad Antonium [3] scripsi, et ad Balbum, et ad Oppium. Sive enim bellum in Italia futurum est [4], sive classibus utetur; hic esse me, minime convenit: quorum fortasse utrumque erit; alterum certe. Intellexi omnino ex Oppii sermone, quem tu mihi scripsisti, quae istorum via esset [5]: sed,

virtù e speziale amorevolezza via più rincrudì il mio dolore, veggendo io, per mia negligenza, lei essere in istato troppo lontano da quello che alla sua pietà e dignità era richiesto. Io m'avea posto in cuore di mandar Cicerone a Cesare, in compagnia di Sallustio. Se ciò avverrà, tu lo saprai. Abbi spezial cura della tua sanità. A Dio. A' 15 di giugno.

CDXIV. (Ad Att. XI, 18)

Argomento. Scrive che più non pensa, come prima, di spedire verso di Cesare il figliuolo; e d'essere infinitamente stufo di starsene a Brindisi.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 20 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Della partenza del Sere d'Alessandria fino ad ora non si bucina pure, e in contrario si crede lui essere assai avviluppato. Il perchè nè io mando più Cicerone, come avea proposto; e ti prego che tu mi cavi di qua: imperocchè non è martoro che non sia più tollerabile del mio continuar qui. Di ciò ho scritto ad Antonio, a Balbo e ad Oppio. Imperocchè o egli sia guerra in Italia, o sia portata di là dal mare, non si fa per me l'esser qui: or delle dette cose forse avverrà l'una e l'altra; ma certo l'una. Ho compreso al tutto, dal ragionamento di Oppio che mi scrivesti, che disegno faccian costoro; ma tu torcilo, te ne prego. Io

ut eam flectas, te rogo. Nihil omnino iam exspecto, nisi miserum. Sed hoc perditius, in quo nunc sum, fieri nihil potest. Quare, et cum Antonio loquare, velim, et cum istis [6]; et rem, ut poteris, expedias; et mihi quam primum de omnibus rebus rescribas. Vale. XII Kal. Quintil.

CDXV.

(Ad Div. XIV, 15)

Argumentum. Consilium de filio ad Caesarem mittendo mutatum significat; cetera Terentiam e Sica cognituram; Tulliam se adhuc secum tenere.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XII Kal. Quint.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S.

Si vales, bene est. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Caesari [1] mittere; sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen quid velimus [2], et quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sica poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. XII Kalendas Quintil.

non aspetto al mondo punto altro che guai; ma peggior morte di questa, nella qual sono al presente, non si può dare. Per la qual cosa parla, te ne priego, con Antonio e con cotesti; e come puoi meglio, dammi qualche ravviamento, e scrivimi di ogni cosa. A Dio. A' 20 di giugno.

CDXV. (A Div. XIV, 15)

Argomento. Dice di aver cangiato consiglio sullo spedire il figliuolo verso di Cesare; che Terenzia saprà il resto da Sica, e che ritiene ancora Tullia presso di sè.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 20 di Giugno.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Se tu stai bene, ben con Dio; io altresì. Io avea proposto, secondo che t'avea scritto, di mandar Cicerone incontro a Cesare [1]; ma s'è mutato proponimento, da che del suo venire nulla si sente. Del resto, sebben niente è avvenuto di nuovo, circa il mio desiderio, e quello che in questo tempo credo più esser bisogno, potrai sapere da Sica. Io ho tuttavia meco la Tullia [2]. Conservamiti sana con ogni studio. A Dio. A' 20 di giugno.

CDXVI. (Ad Att. XI, 25)

Argumentum. 1 Nullam sibi spem consolationis ostendi queritur; 2 et de Terentiae testamento Tulliaeque divortio pauca subiungit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, III Non. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Facile assentior tuis literis, quibus exponis pluribus verbis, nullum te habere consilium, quo a te possim iuvari. Consolatio certe nulla est, quae levare possit dolorem meum. Nihil est enim contractum casu; nam id esset ferendum: sed omnia fecimus iis erroribus, et miseriis et animi et corporis, quibus proximi [1] utinam mederi maluissent. Quamobrem [2], quoniam neque consilii tui, neque consolationis cuiusquam spes ulla mihi ostenditur; non quaeram haec a te posthac. Tantum velim ne intermittas [3]: scribas ad me, quicquid veniet tibi in mentem, quum habebis, cui des, et dum erit, ad quem des; quod longum non erit [4]. Illum discessisse [5] Alexandria, rumor est non firmus, ortus ex Sulpicii literis; quas cuncti [6] postea nuntii confirmarunt: quod verum, an falsum sit, quoniam mea nihil interest, utrum malim, nescio.

2 Quod ad te iampridem de testamento scri-

CDXVI. (Ad Att. XI, 25)

Argomento. 1 Si lagna di non ravvisare speranza alcuna di consolazione; 2 e tocca di volo il testamento di Terenzia e e il divorzio di Tullia.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 5 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Senza difficoltà confermo quello che tu mi scrivi con molte parole, di non aver consiglio che mi possa esser utile. Certo non è al mondo consolazione atta a mitigare il mio dolore: conciossiachè nulla m'è incolto per caso (che vorrei ben tollerarlo); ma ogni cosa fu opera mia, colpa di que' falli e miserie di animo e di corpo, le quali avesse voluto Dio che i miei parenti avessero anzi voluto metter rimedio, che peggiorarle! Or poscia che io non veggo tuo consiglio, nè consolazione, sopra la qual io possa sperare, io non te ne richiederò più per innanzi. Solamente mi sarebbe caro che tu non restassi di scrivermi ogni cosa che ti verrà in mente, quando tu abbia a chi dare, e mentre che ci sarà a cui indirizzi le lettere; il qual tempo non sarà lungo [1]. Della uscita del Sere da Alessandria corre ben voce, ma poco fondata, essendo nata dalle lettere di Sulpicio, raffermate però da tutti i corrieri che vennero poi. Ma sia egli vero o no, poscia che a me poco importa, non so quale io voglia meglio.

2 Intorno a ciò che tempo fa ti scrissi, del testa-

psi; apud te potius velim, ut possim ego adversus huius miseriam ea facultate confectus conflictari 7. Nihil umquam simile natum puto: cui si qua re consulere aliquid possum, cupio a te admoneri. Video eamdem esse difficultatem, quam in consilio dando ante [8]: tamen hoc me magis solicitat, quam omnia. In pensione secunda 9 caeci fuimus. Aliud [10] mallem: sed praeteriit. Te oro, ut in perditis rebus, si quid cogi, conficique [11] potest, quod sit in tuto, ex argento, neque satis multa [12] ex supellectile, des operam. Iam enim mihi videtur adesse extremum, nec ulla fore conditio pacis [13], eaque, quae sunt, etiam sine adversario peritura. Haec etiam, si videbitur, cum Terentia loquare [14] opportune. Non queo omnia scribere. Vale. III Non. Quint.

CDXVII. (Ad Att. XI, 23)

Argumentum. 1 De Caesaris literis ad ipsum scriptis, quas Philotimus habere ferebatur; 2 de Tulliae divortio.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VII Id. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Quod ad te scripseram, ut cum Camillo communicares [1], de eo Camillus mihi scripsit, te secum [2] locutum. Tuas literas exspectabam. Nisi illud quidem mutari, si aliter est, et oportet, non

mento, io vorrei che si facesse anzi coll'assistenza tua, onde poter io con quel sussidio far fronte alla sciagura di costei [2]. Non so cosa che mai avvenisse simile a questa [3]; al che se tu vedi partito che io possa prendere, mostralmi, te ne priego. Ben veggo io qui essere la medesima difficoltà che v'era nel darmi consiglio da prima; e tuttavia ciò mi tiene in maggior angustia di tutte altre cose. Nella seconda pensione fummo orbi: qualunque altro avrei io meglio voluto. Ma il fatto non può disfarsi. Dell'argento e della non troppa masserizia, ti prego (secondo cose rovinate) che se nulla si può raggranellare, o porre in essere in luogo sicuro, che tu vi facci opera: da che io veggio le cose già al disperato, nè aspetto condizione di pace; e stando eziandio le cose nel piè che sono, anche senza dar loro la spinta doversene andare in fasci [4]. Anzi di questo medesimo, se ti par bene, parlane a tempo con Terenzia. Ogni cosa non posso scrivere. A Dio. A' 5 di luglio.

CDXVII. (Ad Att. XI, 13)

Argomento. 1 Delle lettere di Cesare scritte a sè, le quali si diceva averle Filotimo; 2 e del divorzio di Tullia.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 9 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quel medesimo dì ch'io t'avea scritto che tu dovessi parlar con Camillo, mi scrisse esso Camillo che tu con lui avevi parlato. Aspetto tue lettere. Ben so io che, se quella tal cosa non fu posta a dovere, non

video posse [3]. Sed quum ab illo [4] accepissem literas, desideravi tuas; etsi putabam te certiorem [5] factum non esse. Modo valeres [6]: scripseras enim, te quodam valitudinis genere tentari. Acusius quidam [7] Rhodo venerat VIII Id. Quint.: is nuntiabat, Quintum filium ad Caesarem profectum IV Kal. Iun.; Philotimum Rhodum pridie eum diem [8] venisse; habere ad me literas [9]. Ipsum Acusium audies; sed tardius iter faciebat. Eo feci, ut has [10] celeriter eunti darem. Quid sit in iis literis, nescio: sed mihi valde Quintus frater gratulatur. Equidem in meo tanto peccato [11] nihil ne cogitatione quidem assequi possum, quod mihi tolerabile possit esse.

2 Te oro, ut de hac misera [12] cogites, et illud, de quo ad te proxime scripsi, ut aliquid conficiatur [13] ad inopiam propulsandam, et etiam de ipso testamento. Illud quoque [14] vellem antea; sed omnia timuimus. Melius quidem in pessimis nihil fuit discidio [15]. Aliquid fecissemus ut vivi [16], vel tabularum novarum nomine [17], vel nocturnarum expugnationum, vel Metellae, vel omnium malorum [18]; nec res periisset, et videremur aliquid doloris virilis [19] habuisse. Memini omnino tuas literas; sed et tempus illud [20]: etsi quidvis praestitit. Nunc quidem ipse videtur denuntiare [21]. Audimus enim de statu rei publicae [22]. O dii! generumne nostrum potissimum, ut hoc, vel ta-

può esser mutata; ma avendo da lui ricevuto lettere, io bramava le tue; sebbene penso che non ti avranno avvisato: sì veramente che tu fossi ben sano, da che m'avevi scritto di essere di non so che malazzato. Venne da Rodi agli 8 di luglio un certo Acusio, e contava come Quinto il figliuolo a' 29 di maggio n'era andato a Cesare, e che il dì innanzi era venuto a Rodi Filotimo con lettere a me. Fatti dire la cosa ad esso Acusio; se non che egli va con passo di testuggine: il perchè io l'ho data a costui che vola. Che cosa dicano quelle lettere, nol so [1]: ben si congratula meco assai il fratel Quinto. Ma, pensando io a quel mio fallo sì grande, non posso eziandio nel pensiero far luogo a cosa che mi paia da poter tollerare.

2 Datti pena, ti prego, di questa poveretta, ed anche di ciò che t'ho scritto testè, del mettere in essere qualcosa che ci salvi da andar pezzendo; e finalmente di esso testamento [2]. Ma e prima io avrei anche amato quell'altra cosa; se non che ebbi paura di tutto. In tanta rovina niente era meglio che venire al taglio. Qualcosa se ne sarebbe fatto, per mostrar d'esser vivi, o sotto nome delle nuove leggi, o delle espugnazioni notturne [3], ovvero di Metella [4], o di tutti i malvagi: così le robe non sarebbono ite al diavolo, ed avremmo dimostro qualcosa di dolore da uomo. Ben mi ricordo delle tue lettere, ed altresì di quel tempo [5]; se non che qualunque altro peggior partito era meglio di questo. Al presente mostra bene che egli medesimo ponga la dinunzia: imperocchè io sento dello stato della Repubblica. Oh Dio! un nostro genero, eh?

bulas novas? Placet mihi igitur, et idem tibi, nuntium remitti. Petet fortasse tertiam pensionem [23]. Considera igitur, tumne, quum ab ipso nascetur, an prius [24]. Ego, si ullo modo potuero, vel nocturnis itineribus [25] experiar, ut te videam. Tu et haec, et si quid erit, quod intersit mea scire, scribas velim. Vale.

CDXVIII. (Ad Div. XIV, 10)

Argumentum. Iubet uxorem de consilio suo cum Attico loqui, eiusque literas exposcit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VII Id. Quint.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Quid fieri placeret, scripsi ad Pomponium [1] serius, quam oportuit. Cum eo [2] si locuta eris, intelliges, quid fieri velim. Apertius scribi, quam [3] ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re, et de ceteris rebus [4], quam primum velim nobis literas mittas. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. VII Id. Quintil.

CDXIX. (Ad Div. XIV, 13)

Argumentum. Permittit uxori, ut de nuntio Dolabellae remittendo consilium capiat ex tempore.

far cotesto? far nuove leggi? Adunque io credo, come altresì tu, di venire al divorzio. Forse egli dimanderà la terza pensione [6]. Or tu pensa se io abbia aspettare che muova egli, od io fare il primo. Se ci sarà verso, fosse anche andando di notte, vedrò di essere con te. Tu e di questo, e di altro che mi debba importare, mi scrivi. A Dio.

CDXVIII. (A Div. XIV, 10)

Argomento. Ordina alla moglie di far cenno della sua risoluzione ad Attico, e domanda lettere da lei.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 9 di Luglio.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Ho scritto a Pomponio la mia volontà, veramente un po' troppo tardi. Da lui saprai ogni cosa che tu abbi a fare. Non fa di scriverti più tritamente, avendol già fatto con lui. Or di questo e di tutte altre cose scrivimi il più presto che puoi; e datti ogni cura di conservarmiti sana. A Dio. A' 9 di luglio.

CDXIX. (A Div. XIV, 13)

Argomento. Permette alla moglie di prender partito dalle circostanze intorno alla separazione di Tullia da Dolabella.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VI Id. Quint.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Quod scripsi ad te proximis literis de nuntio remittendo [1]; quae sit istius [2] vis hoc tempore, et quae concitatio multitudinis [3], ignoro. Si metuendus iratus est, quiesces [4]. Tamen ab illo fortasse nascetur. Totum iudicabis, quale sit; et quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. VI Idus Quintil.

CDXX.

(Ad Att. XI, 19)

Argumentum. Petit ut crebriores epistolas mittat, in primis si quid de pace agi possit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XI Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

Quum tuis dare possem literas, non praetermisi; etsi, quod [1] scriberem, non habebam. Tu ad nos et rarius scribis, quam solebas, et brevius: credo, quia nihil habes, quod me putes libenter legere, aut audire posse. Verumtamen velim, si quid [2] erit, qualecumque erit, scribas. Est autem unum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit [3]: quod nulla equidem habeo in spe: sed quia tu leviter interdum significas,

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 10 di Luglio.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

T'ho scritto già novellamente circa il divorzio [1]; non posso misurare la costui potenza in tal tempo, e qual voglia essere il sobbollimento della moltitudine. Se vedi da dover temere il suo corruccio, trattienti: ma forse tuttavia egli sarà il primo a muover il passo. Tu dunque farai le ragioni di ogni cosa detta, e quello che secondo tempo rovinato ti parrà men rovinoso, farai. A Dio. A' 10 di luglio.

CDXX. (Ad Att. XI, 19)

Argomento. Gli chiede lettere più spesso, e principalmente se v'ha mezzo di far la pace.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 22 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Ogni volta che ebbi il destro di dar lettere a' tuoi, non sono mancato di farlo, quantunque non avessi di che scrivere. Tu mi scrivi e più di raro e più breve del solito: credo, per non aver cosa che tu creda dovermi esser cara a leggere od a sentire. Tuttavia scrivimi, te ne priego, se tu hai nulla, checchè tu ti abbia. Ora egli è sola una cosa la qual desidero, se niente può aver luogo in fatto di pace; di che veramente non ho fil di speranza. Tuttavia toccandomene talora tu qualche

cogis me sperare, quod optandum vix est. Philotimus dicitur [4] Idib. Sext.: nihil habeo de illo amplius. Tu, velim, ad ea mihi rescribas, quae ad te antea scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum, ut [5] in pessimis rebus, aliquid caveam, qui nihil umquam cavi. Vale. XI Kal. Sext.

CDXXI. (Ad Att. XI, 24)

Argumentum. 1 Pergit culpam admissam lamentari. 2 De testamento Terentiae, eiusque fide suspecta; 3 de literis, quas Philotimus a Caesare habere dicebatur, nondum perlatis; 4 denique ad consilium ab Attico datum, eiusque opinionem de Africano negotio respondet.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VIII Id. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Quae dudum ad me, et, quae etiam ante bis [1] ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera. Eo sum miserior (etsi nihil videbatur addi posse), quod mihi non modo irasci gravissima iniuria accepta [2], sed ne dolere quidem impune licet. Quare istud feramus. Quod quum tulerimus, tamen eadem erunt perpetienda, quae tu, ne accidant, ut caveamus, mones. Ea enim est a nobis contracta culpa, ut omni statu, omnique populo [3] eumdem exitum habitura videatur.

2 Sed ad meam manum redeo [4]: dehinc enim

cenno, mi sforzi a sperar quello che a mala pena si lascia desiderare. Filotimo, secondo che se ne dice, sarà qui a' 13 d'agosto: non ho di lui punto più. Aspetto la risposta a quel che dianzi t'ho scritto. Io ho qui tanto di agio, che mi basta a pensar (secondo tempi rovinati) di qualche partito; il che non ho fatto mai. Addio. A' 22 d'agosto.

CDXXI. (Ad Att. XI, 24)

Argomento. 1 Continua a querelarsi del suo peccato. 2 Parla del testamento di Terenzia, e del suo sospetto sulla fedeltà di lei; 3 delle lettere che Filotimo si diceva aver avute da Cesare, non ancora ricapitate; 4 finalmente risponde al consiglio dato da Attico, e al parere di lui sulla guerra Africana.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 6 d'Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Vero troppo ogni cosa che a me, già è tempo, ed eziandio che prima ben due volte scrivesti a Tullia di me. Ecco, io sono a più tristo termine (e sì parea che peggio non potesse essere): perchè ricevuta una atrocissima ingiuria, non solo non posso crucciarmi [1], ma nè impunemente portarne dolore. Adunque a tranghiottire anche questa; e tuttavia con tutto questo tranghiottire dovrem però soggiacere a que' mali da' quali tu mi ammonisci di prendermi guardia che non mi vengano addosso: da che il nostro fallo è siffatto, che in qualunque stato di cose o governo saremo sempre a quelle medesime.

2 Ma ripigliamo la penna noi [2]: da che ho cose da

haec occultius agenda. Vide, quaeso, etiam nunc de testamento: quod tum factum, quum illa quaerere[5] coeperat, non, credo, te commovit; neque enim rogavit[6]; ne me quidem. Sed quasi ita sit; quoniam in sermonem iam venisti, poteris eam monere, ut alicui committat[7], cuius extra periculum huius belli fortuna sit. Equidem tibi potissimum velim[8], si idem illa vellet; quam quidem celo miseram, me hoc timere[9]. De illo altero[10], scio equidem venire nunc nil posse; sed seponi et occultari possunt, ut extra ruinam sint eam, quae impendet. Nam quod scribis, nobis nostra et tua et Terentiae[11] fore parata: tua credo; nostra quae poterunt esse? de Terentia autem (mitto cetera, quae sunt innumerabilia) quid ad hoc addi potest? Scripseras, ut H-S XII permutaret[12]; tantum esse reliquum de argento. Misit illa CCIↃↃ mihi, et adscripsit, tantum esse reliquum. Quum hoc tam parvum de parvo detraxerit[13], perspicis, quid in maxima re fecerit.

3 Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit[14]. Epheso qui veniunt, ibi se eum de suis controversiis in ius adeuntem vidisse nuntiant: quae quidem (ita enim verisimile est) in adventum Caesaris fortasse reiiciuntur. Ita aut nihil puto eum habere, quod putet ad me celerius perferendum, et eo me magis esse despe-

trattare tra te e me. Abbi ancora l'occhio al testamento: del quale avendo ella preso a chiedere il perchè, non credo che tu ti sia sgomentato: imperocchè ella non ti ricercò del parer tuo; e sappi, nè eziandio me. Ma tu (come la cosa fosse appunto così), da che se sei entrato in questa materia, potrai confortarla di porlo in mano a tale, le cui fortune sieu fuori d'ogni pericolo di questa guerra. E così fossi tu pure quel tale! e ne fosse ella contenta! [3] alla qual, poveretta! io tengo celato il mio timore in questo proposito. Circa quell'altra cosa, ben veggo io [4] nulla potersi vendere per al presente; ma si può ben riporre qui e qua, e nascondere, per cessar la rovina che ci sta sopra. Imperocchè quanto a quel che mi scrivi, le cose nostre e le tue e di Terenzia essere a mia disposizione, tu di' ben vero delle tue; delle nostre che aspetti tu? quanto a Terenzia (lascio le altre cose che non han numero), or che peggio si poteva di questo? Tu avevi scritto che mi volgesse per dodicimila sesterzii, che questo era l'avanzo dell'argento. Ella me ne mandò diecimila, notandomi questo senza più essere il rimaso. Avendo ella di piccola somma frodato sì poco, tu puoi intendere quello che in una grandissima debbe aver fatto.

3. Filotimo non pure non è punto venuto; ma nè eziandio per lettere o per alcuna persona mi fe sapere che cosa abbia operato. Que' che vengono di Efeso, portano di averlo quivi veduto a palazzo per sue brighe; le quali credo io (com'è verisimile) saranno forse allungate fino al venire di Cesare. Così io fo ragione, lui non aver cosa che egli giudichi da riferirmi più tostamente; e però vie meno farsi conto di me;

ctum [15]; aut, etiamsi quid habet, id, nisi omnibus suis negotiis confectis, ad me referre non curat. Ex quo magnum equidem capio dolorem, sed non tantum, quantum videor debere. Nihil enim mea minus interesse puto, quam quid illinc [16] afferatur. Id quam ob rem, te intelligere certo scio.

4 Quod me mones de vultu et oratione ad tempus [17] accommodanda; etsi difficile est, tamen imperarem mihi, si mea quicquam interesse putarem. Quod scribis, literis putare Africanum negotium confici posse [18]; vellem scriberes, cur ita putares: mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri posse. Tu tamen, velim, si quid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me. Sin, ut perspicio, nihil erit, scribas id ipsum. Ego ad te, si quid audiero citius, scribam. Vale. VIII Id. Sext.

CDXXII. (Ad Div. XIV, 24)

Argumentum. Nihil certi se habere de Caesaris adventu, eiusque literis, quas Philotimus habere dicebatur.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, III Id. Sext.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Si vales, bene est: valeo. Nos neque de Caesaris adventu, neque de literis, quas Philotimus

ovvero, se anche egli ne ha, egli non cura di darmene avviso, se non dopo spacciate tutte le cose sue. Di che in fatti io sento sommo dolore; non tanto però, quanto pare che mi convenga portarne. Imperocchè quello che meno di tutto mi tien in cura, è le novelle che aspetto di là; e il perchè son io ben certo che tu lo intendi[5].

4 Intorno all'ammonirmi che fai, che io sì nel sembiante e sì nel parlare m'accomodi al tempo, quantunque la cosa sia malagevole, vorrei tuttavia temperarmi, se io credessi che punto mi dovesse giovare. Quanto poi a ciò che mi scrivi, di credere che l'affare di Africa potrebbe per lettere rappattumarsi, vorrei che tu mi scrivessi, come tu creda ciò poter essere: a me veramente non occorre partito che mi mostri la cosa possibile. Or se tu hai nulla che debba punto poter consolarmi, me lo scrivi; che se, come ben veggo, egli è un bel niente, e tu scrivimi questo medesimo. Se io nulla udirò prima di te, te ne scriverò. A Dio. A' 6 di agosto.

CDXXII. (A Div. XIV, 24)

Argomento. Non aver nulla di certo intorno alla venuta di Cesare, e delle lettere che Filotimo dicevasi avere.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, l'11 di Agosto.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Stai tu bene? ne godo. Io sto bene. Nè del venire di Cesare, nè delle lettere che mi vien detto Filotimo[1]

habere dicitur [1], quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valitudinem tuam fac, ut cures. Vale. III Id. Sextiles.

CDXXIII. (Ad Div. XIV, 23)

Argumentum. A Caesare literas sibi redditas esse nuntiat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, prid. Id. Sext.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Si vales, bene est: valeo. Redditae mihi tandem sunt a Caesare literae satis liberales [1]; et ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Cui utrum obviam procedam, an hic eum exspectem, quum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quam primum remittas. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. D. pridie Idus Sext.

CDXXIV. (Ad Div. XV, 15)

Argumentum. Consilium suum a bello discedendi, eiusque causas commemorat, et Cassii sententiam, quid agendum putet, exquirit.

avere per me, niente ho per ancora di certo. Avendone, lo saprai di presente. Guardamiti ben sana. A Dio. Agl' 11 di agosto.

CDXXIII. (A Div. XIV, 23)

Argomento. Riferisce che ha ricevute lettere da Cesare.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 12 di Agosto.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Sei tu sana? ben con Dio; io altresì. Finalmente ebbi lettera da Cesare anzi cortese che no, da contentarmene. Si dice che egli sia per venire più presto che non si crede. O io vada a scontrarlo, o l'aspetti qui, quando io me ne sia risoluto, tel farò assapere. Fa di rimandarmi il messo al più presto. Abbi cura della tua sanità. A Dio. A' 12 di agosto.

CDXXIV. (A Div. XIV, 15)

Argomento. Rammenta la sua risoluzione di ritirarsi dalla guerra, e domanda consiglio da Cassio, che cosa crede bene che faccia.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, M., ut videtur, Sext.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Etsi uterque nostrum, spe pacis, et odio civilis sanguinis, abesse a belli pertinacia voluit [1]; tamen, quando eius consilii princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi praestare ipse debeo, quam a te exspectare: etsi, ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum, et item mecum tuus, adduxit utrumque nostrum ad id consilium, ut uno proelio [2] putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri convenire. Neque quisquam hanc nostram sententiam vere umquam reprehendit, praeter eos [3], qui arbitrantur melius esse, deleri omnino rem publicam, quam imminutam et debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam; ex reliquiis magnam. Sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit, accidere illa [4] potuisse, quam nos non vidisse ea futura, nec, homines quum essemus, divinare potuisse. Equidem fateor, meam coniecturam hanc fuisse, ut, illo quasi quodam fatali proelio facto [5], et victores communi saluti consulere vellent, et victi suae: utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. Quae si fuisset, eamdem clementiam experta esset Africa, quam cognovit

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, nel mese, a quanto sembra, d'Agosto.

M. T. CICERONE A CASSIO S.

Quantunque ambedue noi, per isperanza di pace ed orrore del sangue civile, fummo lontani dal mantener viva la guerra; tuttavia parendomi d'aver avuto io le prime parti in questo proponimento, forse a me più si conviene di dare a te mano, che aspettarla da te: quantunque (come spesso sono solito riandar meco medesimo) co' familiari miei ragionamenti teco, e co' tuoi con me, ci siamo condotti a questa deliberazione di credere in sola una battaglia, se non tutta cotesta causa, certo il nostro giudizio convenir essere terminato. Il qual nostro parere non fu da nessuno con ragion condannato, se non da quelli che hanno per lo migliore veder la Repubblica affatto distrutta, anzi che smozzicata sì e snervata, per tenerla in piedi. Or io (dico il vero) dal suo annientamento non sapea immaginarmi nulla di bene; dalle reliquie ben grande. Ma egli son succedute siffatte cose, che più è da maravigliare come elle sien potute avvenire, di quello che noi non le antivedessimo, o che (essendo noi uomini) non potutele indovinare. Io veramente, il confesso, feci questa ragione, che dopo quella quasi fatale battaglia e i vincitori avessero a pensare della comune salute, ed i vinti della propria. Ora io credeva, l'una e l'altra di queste due cose dimorare nella rapidità del vincitore; la quale se egli avesse adoperata, l'Africa avrebbe

Asia, quam etiam Achaia [6]; te, ut opinor, ipso legato [7] ac deprecatore. Amissis autem temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent; alios, ut ipsum vinci contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri, aut nescio quem istum Pharnacem Asiae terrorem [8] illaturum putaret? Nos tamen, in consilio pari, casu dissimili usi sumus. Tu enim eam partem petisti, ut et consiliis [9] interesses, et, quod maxime curam levat, futura animo prospicere posses. Ego, qui festinavi, ut Caesarem in Italia viderem (sic enim arbitrabamur), eumque, multis honestissimis viris conservatis, redeuntem, ad pacem currentem [10], ut aiunt, incitarem; ab illo longissime et absum, et abfui. Versor autem in gemitu Italiae, et in urbis miserrimis querelis [11]: quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si auctor affuisset [12]. Quare velim, pro tua perpetua erga me benivolentia, scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid exspectandum [13], quid agendum nobis existimes. Magni erunt mihi tuae literae: atque utinam primis illis [14], quas Luceria miseras, paruissem! Sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

trovata la clemenza medesima che l'Asia e l'Acaja altresì, e, come penso io, entrando tu medesimo per legato al dimandarla. Ma perduto il punto (che vale il tutto nelle guerre civili massimamente), l'anno che andò di mezzo, innuzzolì altri a sperar la vittoria, altri a non curar eziandio d'esser vinti. Or di tutti questi mali la colpa è stata della fortuna: imperocchè chi mai avrebbe pensato che questa guerra dovesse tanto essere ritardata dalla Alessandrina, o che cotesto non so chi Farnace [1] potesse gittar nell'Asia il terrore? Ora essendo noi in una simile deliberazione, a noi venne scontrato una dissimil ventura: chè tu ti se' vólto in tal parte dove tu entri nelle deliberazioni, e (quello che scema assai della pena) puoi provveder l'avvenire [2]. Io, che troppo ebbi fretta di veder Cesare nell'Italia (così credea), e tornando lui, dopo salvata la vita a molti orrevolissimi personaggi, riscaldarlo alla pace, alla quale (come dicono) egli correva; ora sono e fui lontano da lui un mezzo mondo. Io dunque mi trovo ravvolto fra le lagrime dell'Italia e tra i lamenti di Roma infelicissima; a' quali forse qualche poco d'aiuto, io per la mia parte, tu per la tua, per la propria ciascuno, avrebbe potuto dare, se qui fosse stato di cui autorità poter farlo. Adunque, per lo bene che tu sempremai mi volesti, scrivimi, ti prego, quello che tu vegga e che senta, e che creda dover noi aspettare e che fare. Le tue lettere mi varranno un tesoro. Così avessi io fatto secondo che mi mostravano quelle tue prime da Luceria: io avrei senza alcuna briga mantenuta la mia dignità. A Dio.

CDXXV. (Ad Att. XI, 20)

Argumentum. A Caesare Q. fratrem veniam impetrasse, eumque multis aliis ignovisse nuntiat, deque eius adventu mox exspectato scribit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XVI Kal. Sept.

CICERO ATTICO S.

Septimo decimo Kal. Sept. venerat die XXVIII[1] Seleucia Pieria C. Trebonius, is[2], qui se Antiochiae diceret apud Caesarem vidisse Quintum filium cum Hirtio; eos de Quinto[3], quae voluissent, impetrasse nullo quidem negotio. Quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quicquam ad spem explorati haberent. Sed et alia timenda sunt, ab aliisque, et ab hoc ipso. Quae dantur, ut a domino, rursus in eiusdem sunt potestate. Etiam Sallustio[4] ignovit. Omnino dicitur nemini negare: quod ipsum est suspectum, notionem eius differri[5]. M. Gallius Q. F. mancipia Sallustio reddidit. Is venit, ut legiones in Siciliam traduceret: et protinus iturum Caesarem Patris[6]. Quod si faciet, ego, quod ante mallem, aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas, quibus a te proxime consilium petivi, vehementer exspecto. Vale. XVI Kal. Septemb.

CDXXV.

(Ad Att. XI, 20)

Argomento. Riferisce che e Quinto fratello e molti altri hanno ottenuto da Cesare il perdono, e che questi è aspettato da un momento all'altro.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 17 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

A' 16 d'agosto arrivò qui da Seleucia Pieria, dopo ventotto giorni di cammino, Caio Trebonio, dicendo sè aver veduto ad Antiochia in casa Cesare, Quinto il figliuolo con Irzio; e aver essi, senza fare gran calca, impetrato ogni cosa che dimandarono a favor di Quinto il fratello. Di che io molto più mi terrei contento, se le cose impetrateci fossero promettitrici di più certe speranze. Ma egli v'è altro da temere sì da altri e sì da cotestui medesimo: chè quel che un dà, come padrone, può anche presto ritorselo. A Sallustio pure concedette il perdono; anzi dicono non lo negare ad alcuno: donde il sospetto ch'egli indugi le inquisizioni. Marco Gallio, figliuol di Quinto, fece la restituzion degli schiavi a Sallustio, ed ora è qui per trasportar le legioni in Sicilia, dove ha da condursi Cesare da Patrasso d'ora in ora. Il che se avvenga, mi farà accostare un poco più. Così avessi fatto innanzi! E' mi par mill'anni d'aver la risposta all'ultima lettera, nella quale io chieggo il consiglio tuo. A Dio. A' 17 di agosto.

CDXXVI. (Ad Att. XI, 21)

Argumentum. De Q. fratris epistola; de Terentiae testamento; de Caesaris adventu: denique se nihil aut facere se dignum, aut simulare posse queritur.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VI Kal. Sept.

CICERO ATTICO S.

Accepi VI Kal. Sept. literas a te, datas XII Kal., doloremque, quem ex Quinti scelere iampridem acceptum iam abieceram, lecta eius epistola [1], gravissimum cepi. Tu etsi non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres; tamen mallem, non esse missam. Ad ea autem, quae scribis de testamento [2], videbis, quid, et quo modo. De nummis et illa sic scripsit, ut ego ad te antea; et nos, si quid opus erit, utemur ex eo, de quo scribis. Ille [3] ad Kal. Sept. Athenis non videtur fore. Multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. Legio XII, ad quam primum Sulla [4] venit, lapidibus egisse hominem dicitur. Nullam putant se commoturam. Illum arbitrantur [5] protinus Patris in Siciliam. Sed, si hoc ita est, huc veniat necesse est. Ac mallem illum: aliquo enim hinc evasissem [6]. Nunc metuo, ne sit exspectandum; et cum reliquis etiam loci gravitas hic miserrime perferenda. Quod

CDXXVI. (Ad Att. XI, 21)

Argomento. Della lettera di Quinto fratello; del testamento di Terenzia; della venuta di Cesare: finalmente si lagna che niente può fare o fingere di fare, che sia degno di sè.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 27 d'Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Ebbi a' 27 d'agosto la tua lettera de' 21. Letta la lettera di Quinto fratello, il dolore che per la ribalderia di lui io avea, già è tempo, gittatomi dietro, mi fu rincrudito. Quantunque tu non potesti per niun modo cessar di mandarmi la detta lettera [1]; tuttavia non me l'avessi mandata tu mai! Circa poi quello che scrivi del testamento, vedi tu del che e del come. Quanto al danaro, ed ella mi scrisse per punto, come io già a te, e noi ad un bisogno faremo capo a colui del quale mi scrivi. Il Sere non pare che voglia essere ad Atene pel calen di settembre: si conta che nell'Asia gli sia dato assai che fare, massime da Farnace. La legion dodicesima, alla quale era da prima venuto Silla, dicono che l'abbia rimandato co' sassi; e si crede che nessuna voglia dare un passo; e che egli da Patrasso passerà tosto in Sicilia. Se la cosa è così, egli è forza che passi di qua. Doh! che non venir prima? chè io avrei trovato qualche gretola ad uscir di qua. Or non vorrei aver a badare; e per soprassello dovrò anche intisichire in quest'aria da spedale. Tu mi conforti di

me mones, ut ea videam, quae ad tempus accommodem; facerem, si res pateretur, et si ullo modo fieri posset. Sed in tantis nostris peccatis, tantisque nostrorum [7] iniuriis, nihil est, quod aut facere dignum nobis, aut simulare possim. Sullana [8] confers; in quibus omnia genere ipso praeclarissima fuerunt, moderatione paullo minus temperata. Haec autem eiusmodi sunt, ut obliviscar [9]; multoque malim, quod omnibus sit melius, quorum utilitatem meam duxi [10]. Tu ad me tamen velim quam saepissime scribas, eoque magis, quod praeterea nemo scribit: ac si omnes, tuas tamen maxime exspectarem. Quod scribis, illum per me Quinto fore placatiorem; scripsi ad te antea, eum statim Quinto filio omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. Vale.

CDXXVII. (Ad Att. XI, 22)

Argumentum. 1 Quinti epistolas ab Attico missas sibi redditas esse, Caesarem adventare nuntiat, 2 petitque ut se Atticus consilio iuvet, an propius ad urbem accedendum sit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, circa Kal. Sept.

CICERO ATTICO S.

1 Diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius. Accepi enim a te literas, quibus videris

navigare secondo il vento: lo farei se lo stato delle cose sel comportasse, e se da farlo ci fosse via; ma in tanti nostri falli, e sì gravi ingiurie de' miei, non veggo da fare, nè finger cosa degna di me. Tu mi metti il ragguaglio del tempo di Silla, nel quale ebbero luogo fatti per natura lor nobilissimi [2]; sebben era a desiderar alquanto più di moderazione [3]: dove il presente è cotale, da farmi dimenticare di me medesimo, ed amar meglio ciò che sia il meglio per tutti quelli al cui bene io ho accomunato il mio proprio [4]. Tu intanto scrivimi, te ne priego, il più spesso che puoi; e tanto più te ne prego, perchè non ho, da te in fuori, anima che mi scriva; e se anche fossi affogato di lettere, rinunzierei a tutte per una tua. Quanto allo scrivermi che il Sere vuol essere, a mio riguardo, più che mai benigno a Quinto il fratello, ti ho scritto già che egli a Quinto il figliuolo, senza aspettar preghiere, di tutto fu compiacente, non facendo però una menzione al mondo di me. A Dio.

CDXXVII. (Ad Att. XI, 11)

Argomento. 1 Scrive che ha ricevuto le lettere di Quinto indirizzategli da Attico, e che Cesare s'avvicina; e prega Attico che lo consigli se dee accostarsi di più a Roma.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, verso l'incominciar di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Il messo di Balbo mi consegnò il piego con tutta diligenza: ed ecco ebbi la tua lettera, della qual mi

vereri, ut epistolas illas [1] acceperim; quas quidem vellem mihi numquam redditas. Auxerunt enim mihi dolorem: nec si in aliquem [2] incidissent, quicquam novi attulissent. Quid enim tam pervulgatum, quam illius [3] in me odium, et genus hoc literarum? quod ne Caesar quidem ad istos videtur misisse, quasi quo illius improbitate offenderetur [4]; sed, credo, uti notiora nostra mala essent. Nam quod te vereri scribis, ne illi [5] obsint, eique rei mederi; ne rogari quidem se passus est de illo [6]: quod quidem mihi molestum non est: illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.

2 Sulla, ut opinor, cras hic erit cum Messala. Currunt ad illum [7] pulsi a militibus, qui se negant usquam, nisi acceperint. Ergo ille huc veniet; quod non putabant: tarde quidem. Itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum ponat [8]. Pharnaces autem, quoquo modo aget, afferet moram [9]. Quid mihi igitur censes? iam enim corpore vix sustineo gravitatem huius coeli, qui [10] mihi laborem affert in dolore. An his [11] illuc euntibus mandem, ut me excusent; ipse accedam propius? Quaeso, attende; et me, quod adhuc saepe rogatus non fecisti [12], consilio iuva: scio rem difficilem esse; sed, ut in malis [13]. Etiam illud mea magni interest, te ut videam. Profecto aliquid profecero, si id acciderit. De testamento, ut scribis, animadvertes.

3 Sic et ep. CDLXXXV. Statim ut virili toga sumta (quod XVII aetatis anno fieri solebat) forum attingere coepit, ut dicitur in ep. DXXII. Vid. ep. CXXXI. Ante *quum* vero, ut sensus constet, subaudiendum est *scito,* vel *sciendum est tibi.*

4 Vt ad virilem aetatem accessit. Sic in Orat. pro Caelio: *Quum is iam se corroboravisset, ac vi inter viros esset;* et ibid.: *Non modo haec aetas, sed etiam corroborata;* idest non modo adolescentes, sed etiam viri. *Manut.*

5 Mss. nonnulli et edd. vett. *auxerunt,* quod Graevius in suam editionem revocavit; quod etsi dici potest, melius tamen alterum: nam benivolentia certe posterior fuit sua causa.

6 Philosophiae. *Corrad.* Eloquentiae. *Manut.* Mox alii, teste Verb., *delectatur.*

7 Idest acri studio.

8 Vt particeps esset publicanorum conductionum. *Graev.*

9 Scilicet equestris, ex quo erant publicani et Cicero. Lamb. ex cod. Memmiano *communio ordinis,* quod placebat Victorio, et cui favet Rec. Equidem *causa* deest in pluribus mss. et edd. vett.

10 Idest, ut Graevius et Ernestius monuerunt, in subselliis iudicum et patronorum; in quibus ut patronus fidem praestitit clientibus, ut iudex optima usus est fama integritatis. *Schütz*. Quod etiam sequentia indicant. Nam *fides* est patroni, *fama* iudicis integri et iusti. *Ernest.* Vide Orat. pro Roscio Am. Aliter tamen Manutius interpretatur, scil. publicis privatisque causis. Vide ipsius Manutii Commentar.

11 Munerum publicorum. An alia gesserit praeter quaesturam, quam tunc exercebat, quaeque primus gradus erat illorum, non constat.

12 Post pugnam Pharsalicam, perdita et desperata causa Pompeianorum. *Ad Caesarem*, in Aegyptum, vel in Asiam, antequam in Italiam reverteretur. Al. *prof. est ad Caes.*

13 Perferendi literas, et me Caesari reconciliandi. *Corrad.* Mox Lamb. cum aliis edd. vett. *fidem in conf. ac r.*

14 Schütz e coniectura Lamb. Corr. et Ern. edidit *pudentem*, invitis libris omnibus, quod idem sit et in ep. CDLXXXIX extr. Sed quum nemo *pudentem* acciperet, nisi pro *modestum*, superflua sane hic repetitio esset.

15 Lamb. aliaeque vett. edd. cum Rec. *effecisse d.;* minus recte; tunc enim incipiebat coniunctio quaesturae.

16 Scilicet, illud vinculum, illa necessitudo quaesturae infirmior non erit, addita hac mea commendatione.

CDXXXVIII.

1 Rufo, Ciceronis in Cilicia quaestori; ep. CCCLXXIII et CCCII.

2 Scil. maiorem tibi videndi mei, quam mihi tui videndi cupiditatem esse. Nempe Cicero vicissim se cupidum esse videndi Mescinii profitetur.

3 Elegans adseverandi formula, et quasi iurandi per *ita — ut*. Divin. in Verr. c. 15: *Ita Deos mihi velim propitios, ut cum illius diei* etc.; et Catil. IV, 7: *Ita mihi salva rep. vobis frui liceat, ut ego* etc. *Cellar.* Sic correxit iampridem Victorius. Vulgo antea *ita mihi communia, quae o. c.;* et sic habet unus Amb. 15. Alii varie transponunt.

4 Sic primus Manutius ex duobus mstis; vulgo *ut enim quum esset,* quemadmodum omnes msti libri habent, in quo soloecismum fatebatur esse; nam, ut vidit Ernestius, sequi deberet *sic hoc tempore;* nec bene responderet τῷ *tamen*, quod sequitur.

5 Lamb. omnino delevit, eo quod otiose inculcetur e prox. praec.; et sane mihi quoque valde suspectum est, ideoque tantum seclusi, quia id libri omnes habent.

6 Vt M. Calpurnius Bibulus, L. Domitius Ahenobarbus (Caes. Bell. Civ. VI, 21), L. Cornelius Lentulus; praeterea C. Curio tribunicius; qui omnes in bello civili perierunt. *Alii absint*, ut P. Scipio, Pompeii socer, M. Marcellus; qui post Pharsalicam pugnam in exsilium abierunt. Item M. Cato praetorius, M. Brutus, Serv. Sulpicius, qui pariter aberant. *Alii mutati* voluntate, scil. alienati a Cicerone post Caesaris victoriam. Itaque Mescinium ex paucis reliquis amicis esse ait, quibuscum libenter consuescat.

7 Caesarianorum. *Corrad.*

8 Schützius *Nolim e. te exist.;* cui propius accedit Ambr. 13. *Nolim e. exist. te non solit. mihi iucund.;* quae postrema et alii multi sic itidem transponunt.

9 Sic Ambb. fere omnes et plures alii libri msti et excusi vett., et sic est forma consueta; atque ideo restitui *ad*, ut ep. CLXVI, 1. Vulgo *aut summum.*

10 Ms. prim. Graevii *explicare;* alii *quemadm. facillime tu potes exist.;* quod Schützius recepit.

11 Pompeium significat temporibus Clodianis; ad epist. CCCXXVI, 2.

12 Optimates; ut ep. XLII et saepe alias. Ed. Rom. *homines boni*. Tum Amb. 15 *beatus essem*. Mox Lamb. *ego sum is*.

13 Caesariana. *Corrad.*

14 Ad defendendam cum Pompeio remp. *Effeceram*, in consulatu; ep. XCII. *Manut.*

15 Etsi minus honesta. *Graev.* Ambr. 15 *quavis iusta;* alii multi corrupte *quamvis tota*, vel *tanta c.*

16 Sic tres Ambb. 3, 7 et 15 cum Rec. aliisque. Vulgo *sed et haec*.

17 Exitus belli inter Caesarem et Pompeianos in Africa; epp. CDV, 2, CDVIII, 2 et CDX init.

18 Si vera est lectio, pendet hoc a *puto — interesse*. Edd. vett. tamen *non l. abesse velim a c. a.*; quod Lamb. defendit; et sane commodiorem sensum exhibet.

19 Hoc temere ex antecedentibus repetitum iudicavit Martyni-Laguna, ideoque correxit *deducta*. Sed quum necessarium sit, nil repugnat quominus iteretur, ut saepe aliae voces. Lamb. *Est e. res ipsa*.

20 Pompeii causam probabat Cicero, sed ab utriusque partis victoria timebat, quod Pompeianos post Pharsalicum proelium deseruisset (ep. CCCXCVIII), et quod moderatione Caesaris non satis fidebat.

21 Vrbe carebat Mescinius, hac illi, ut opinor, a Caesare poena imposita, quia Pompeium initio belli secutus esset. *Iniuriam* igitur, quod urbe immerito careret. *Manut.* Supra Lamb. *ex quibus int.*

22 Vulgo *et in libera*; sed *in* melius abest a mss. Ernestii et Amb. 13 aliisq. Pal. sec. *quia in vita ingenua et in beata c. v.*

23 Schützius, praeeunte Martyni-Laguna, *illam secundam*,

ut ad *fortunam* relatio fiat; quos quidem libenter sequerer si auctoritas suppeteret. Mox Lamb. aliique vett. *sed etiam funditus e. v.*

24 Ita correxit Martyni-Lag. vulgatum *debeamus:* sed mallem *debemus*. Mox Lamb. loco seq. eiusdem vocis dedit *audeamus*.

25 Rerum mortalium. *Graev.*

26 Sic edere malo cum Lamb. quam vulgatum *qua*, quod ortum puto a mss. corrupte legentibus *pr. culp. ac poenam, quae s. c.:* nam relativa et adiectiva semper consentiunt cum postremo plurium antecedentium, aut pluralem numerum assumunt, ut nimirum est in Amb. 7 pr. *culp. ac. pec. quibus s. c.*

27 Eadem sententia iisdem verbis expressa occurrit Off. I.

CDXXXIX.

1 Ernest. Schütz et Ios. V. Cler. tacite dederunt *quod*, ut magis Ciceroni usitatum in huiusmodi forma. Sed quamquam et ego fateor, id melius esse, tutius tamen censeo vulgatum retinere, ad quod defendendum facit init. ep. CDXXXII, ubi ter idem occurrit: nec *quid pollicerer, nec quid — reperiebam.* Non receperim vero *haberem* post *etsi*, ut est in libris quibusd. vett.

2 E correctione Victorii; nam mss. plurimi *amico* habent, quod recepit Lamb. Al. *Attico.*

3 Honestum sit, deceat. Vid. ep. seq. 3 extr.

4 In ista loca amoeniora venire, quo Varronem (epist. CDXXXI) invitaverat, nempe Baias (ep. seq. 3), hoc tanto civitatis et reip. incendio. Significat autem Pompeianorum in Africa casum (ibid. 1), cuius rei rumor iam allatus videtur.

5 Occasionem de nobis loquendi. *Min. Ell.* Mox edd. vett.

aliquot *quo in loco sumus*; tres Ambb. cum Rec. *quocumque in loco.*

6 Supple, *inquies.* Deinde *tamen in s. i.* modus loquendi, ut Phil. VII: *quid refert? tamen opinio est gravior.* Libri vett. aliquot *incidimus.*

7 Ironice. Proprie autem: spernendus est hominum sermo, praecipue eorum qui et honestum otium vituperantes in flagitiis volutantur. Et *laborare quid* rectissime dicitur pro *in quo.* Par. 2: *Quid enim ego laboravi, aut quid egi?* ep. CCLXXXVIII: *nihil laboro*; et ep. DXXXVII: *non tam id laboro.* Cod. Ambr. 14 *l. esse.*

8 Idest otium, quod nos soli communiter consumimus colloquendo et disputando, non cum aliis per epulas et similia. *Ernest.*

9 Indoctorum. *Te persequar,* idest te conveniam, te sequar. Nostri plures cum Rec. *persequar te*; in tribus vero *te* abest, ut in ed. Rom.; alii *persequerer.*

10 Scilicet quae impendent, puta incendium civitatis, quod supra innuit. Ambb. aliquot cum Rec. *sint haec.* Ed. Scinz. *Quamquam.*

11 Supple, nisi in artibus nostris.

12 Reipublicae oppressio, calamitas. Mox Lamb. maluit *ut medicina e.*

13 Vid. ep. CXLIV, 4.

14 Sic nostri omnes cum Lamb. Oliveto aliisque. Vulgo *ut rescriberes,* quod locutionem aliquanto abruptam efficit, quodque tamen reciperem si mox esset *meque exsp.* Porro *nihil scilicet,* idest, nulla de causa haec tibi dico, nisi ut etc.

CDXL.

1 Schützius tacite *Caninius tuus et idem noster*; quod habent edd. vett. aliquae, et quidem melius. Alii *Can. tuus idem, et idem noster.* Victor. e mss. aliquot *Can. idem et idem noster.*

2 Scilicet admodum sero: insolens vocabulum; sed tamen retinendum cum Victorio. Nam quod habent tres nostri aliique *nuper vesperi,* esse non potest: nam hanc epistolam Cicero scripsit aliquot diebus postquam Caninius vesperi venerat. Scaels. *heri vesperi.*

3 Sic duo Ambb. cum Pal. sext. et edd. pr. Vulgo abest *literarum.* Nec moror, et in ep. sup. init. scriptum esse *non potui nihil dare*; nam ibi antecedit *scriberem.* Sed hic necessarium videtur, ut in ep. DXI, quia ibi *scriberem* subsequitur. Schützius aliique secus interpungendo legunt *daturum aliquid*; *mane ut peteret r.*; sed coniunctio *et,* quam habent vett. plerique, litem dirimit. Mihi vero hic *mane* videtur abundare, quum idem proxime praecedat.

4 *Tibi* ornatus gratia, et pleonastice dictum, ut ait Manutius, additur, ut est in epp. CCCLXXXII, 4, CCCLV init., CCII, 1 et alibi. Abest tamen a nostris aliisque: tres vero corrupte *at ibi*; Pal. sext. *at ubi.*

5 Insolenter dictum. Amb. 14 cum Lamb. *proficisci se a.* Vel legendum *profecturum se.*

6 Victoria scilicet Caesaris apud Thapsum in Africa de Pompeianis (Caes. Bell. Afr. 83-5). Aliqui *tot et tantis p. r.*

7 Sic Verburg. e coniectura Graevii, et recentiores praeter Olivetum. Nostri duo aliique corrupte *sed cum eo, et cum h. d.*; alii *sed et cum eo* etc. Vett. plerique *sed cum*

ro et homine docto. Mox *tui* abest a nostris omnibus; additum a 2 m. cod. 14.

8 Duo nostri cum Rec. et ed. Med. *tibi autem mehercule idem.*

9 Alii *possumus*; quod mss. alterutrum habent.

10 Sic mss. et edd. vett. pleraeque, et ex recentioribus Oliv., ut sensus requirit. Ceteri pariter ex mss. paullo absone *victos nostros*; aliqui *victos nos m. f.*

11 Ironice dictum cum familiari ioco putat Schönbergerus, quin tamen mihi probet.

12 Scil. quis est tam prudens, qui in tanta rerum perturbatione non erret interdum? Metaphorice a lyncibus qui acerrimo oculorum sensu valent. Lamb. aliique *Quamvis quis est, qui in tantis* etc. Vnus Amb. *quis enim.* Tum supra idem Lamb. omisit *omnino.*

13 *Quae agerentur — dicerentur* corrigi volebat Ernestius. Nam haec tum audiebat et videbat. Cod. aliqui initio sententiae. *At mihi q.*

14 Ipse falsa hac suspicione me morabar, impedimentum mihi obiiciebam. *Graev.* Sic *calumnia timoris* epist. CDLXXVIII, 3, not. 24. Ambr. 14 a 2 manu *calumniabar ipse me*, ut volebat Lambinus; 15 *quem putabam.* Mox *susp. aut dict.*, prout ei libuisset, prout desideraret.

15 Iam longa malorum patientia didici omnia ferre, omnes indignitates concoquere. Vid. ad ep. CXLIX, 6. Eadem locutio metaphorica occurrit Tusc. II, 15; III, 22, diversis verbis, sed eadem sententia.

16 Quamdiu durat, vel donec paullo refrigescat, remissior fiat haec exsultatio et clamor Caesarianorum de parta victoria. Hoc ipso sensu correxit Manutius *defervescit*, atque iterum ex hoc Lamb. et Ernest. *defervescat*, quum sequatur dum *audiamus*; putantes *dum effervescit* explanari non posse: dum fervet, dum ebullit; nam *efferve-*

scere significat *incipere fervere.* Nimis subtiliter. Ego lectionem librorum ferre omnium vett. mutandi necessitatem nullam video. Palat. prim. *dum haec fervescit gr.*

17 Indicia mihi sunt, quorsum res evasura sit. Libri vett. aliquot *et quamquam.*

18 Nisi rumor de victoria Caesariana iam coeperit imminui, evanescere, sive, ut Tacitus loquitur, senescere. *Graev.*

19 Nam nunc si iverimus ad Baias, quo tempore fervet gratulatio, videbimur ivisse natatutm laetitiae causa, potius quam plorandi: contra vero si exspectabimus, id erit honestius. *Etiam quum hinc discesserimus*, quasi diceret honestissimum immo esse si mansisset in urbe.

20 Supple *videbis*, vel quid simile. Mox *nobis stet illud*, idest nunc haec sit nostra sententia.

21 Hoc est tantummodo petebamus, ut ep. DXIV sub. fin.; sed frequentius hac forma: *non modo — sed etiam.* Olim vulgo *antea delectationem*, *modo solatium petebamus*; Amb. 15 cum ed. Iens. *ante delectationem non solatium p.*

22 Non deficere, paratos nos esse, si quis opera nostra uti volet, sive ut principes, sive ut ministros, ad restituendam remp. Graevius e mss. *ad aedificandum*, et defendit contra vulgatum. Eum sequitur Schützius. Quod dici posse, non inficior; sed alterum melius et usitatius. Mox Amb. 15 *ei potius.* Sensus vero est: non modo paratos esse si vocati fuerimus, verum etiam sponte accurrere.

23 Efficere aliquid reip. utile. Sic ep. CCLXI, 2: *nostram in te benivolentiam navare possemus.* Itaque minus recte facere mihi videntur, qui corrigunt *navare reip.*, *navare operam reip.*, *gubernare remp.*, *et iuvare remp.*, ut cod. Maffei.

CDXLI.

1 Ad constitutum locum et tempus. *Graev.* Atticus, antequam Cicero Roma exiret, iam constituisse cum eo videtur quo die et quo loco extra urbem cum Cicerone e villis redeunte conveniret. *Schönb.* Qui dies sit, constat, non autem qui locus; sed ex iis quae sequuntur licet coniicere villam fuisse aliquam Q. fratris. Supra mss. aliqui cum Lamb. *ubi.*

2 Pervenuste ab avium garritu ad puellarem Atticae sermonem translatum. *Garriat* autem, scil. tecum Romae, cui opponitur *scribat* si rusticatur.

3 Scil. *scribes* si rusticatur, idest, si in rure, in villa degit; *nuntiabis* si apud te est. Ernestius e libro Germanico *scribe* — *nuntia.*

4 E sequenti *γεροντικώτερον est* etc. satis apparet subaudiri, quod Atticus antea scripserit, nempe *γερόντικον est*; nimirum eum vellicasse Ciceronem, quod igne matutino eo tempore delectaretur vel opus haberet; aiens id *γερόντικον*, idest senile, proprium senibus esse; quod revera quidem Celsus iisdem praescribit, l. II, c. 1. Igitur Cicero eidem iocose obiicit, *γεροντικώτερον*, idest senilius, magis proprium senis esse memoria labi. Nam Atticus dies oblitus fuerat ad congressum constitutos vel ad aliud quidpiam. Sed ob perturbatam anni rationem (epist. CDLXXV, not. 5) si ad veritatem anni solaris exigatur, idest ad VII Kal. April., erit dies XXV Martii, non Maii, quo data haec epistola erat, eoque minus erit mirandum, Ciceronem igne matutino uti.

5 Obscura haec et abrupta. Alii explicant, dies istos constituisse Axio, Attico et Q. fratri. Ernestius vero Manutium reprehendit quod *II Kal.* dederit pro *V Kal.*,

nam hoc die superius dixit Cicero, se venturum ad constitutum. Equidem libri vett. utrumque confirmant: sed quid vero sibi vult *III* (*Kal.*)?

6 Idest erit tibi haec iocosa cavillatio pro ista tua. *Schütz.* Vel hoc tenebis pro huius epistolae materia sive argumento, obiecto; nam nihil aliud est novi.

7 Supple venit. Responsio Tullii ad interpellationem Attici, quam ille ex huius persona fingit: *Quid igitur* etc.

8 Scilicet, est profecto aliquod operae pretium ipsa λέσχη, idest confabulatio, quae etc. *Malasp.* Alii *quaedam* λέσχη.

CDXLII.

1 Haec epistola olim a multis coniungebatur cum anteced., fortasse ob coniunctionem *tamen.* Etsi sciam hoc modo exorsum Ciceronem ep. CDLIV: *Tamen a malitia non discedis*; nihilominus quia Aldus, Lamb. et Silberus legunt *Hic rumor est*, *T. Marcum*, mallem scribere *Hic rumor est*, *Murcum. T.* autem credo temere repetitum ex ultima litera τ*u est.* Si autem vera est lectio *tamen*, Cicero utitur hac adversativa particula, quemadmodum acute Bosius animadvertit, ut Atticum falli doceat, dum scriberet, se putare, nihil novi Romam allatum esse, ex quo inde discessisset: contra enim ait novos rumores spargi.

2 L. Statium Murcum Caesaris legatum. Is falso dicebatur naufragio periisse. Nam A. V. C. DCCVIII praetor fuit, et an. DCCIX ex praetura Syriam cum proconsulari imperio obtinuit; ep. DCCXCVII. *Schütz.*

3 C. Asinium Pollionem, Caesarianum. Vid. ad epist. DCCXCVIII. Is pariter falso dicitur incidisse in manus Pompeianorum.

4 Quam per haec tempora Pompeiani tenebant. Codd. ali-

quot vett. teste Victorio *L. navis delata in V.*; ideoque is putabat significari navem L. Scipionis Cnaei Pompeii soceri, quae illuc adverso vento adpulsa in hostium manus devenit.

5 Cn. Pompeium alterum Pompeii Magni filium. Post bellum Pharsalicum Hispaniam contendit, inde Africam ad Scipionem.

6 Alii *Patiaecus* vel *Patietus*. Mox pro *nullius* alii *nullus*. Infra vero *locuti sumus*.

7 A. Hirt. Pansa. Si ergo ludis Praenestinis interfuit, iam in Africa non fuit, et res Africanas ex aliorum fide narravit. *Et isti omnes*, scil. Caesariani.

8 Hoc est pugnatum in Africa (ep. CDV, 2), et Pompeiani ad internecionem deleti.

9 Quid enim curae Balbo est de republica? qui certe vitam agit iucundam dum non recta, sed voluptaria quaerit. Alii *mox si quaeris hominem h. n. r.* etc.

10 Corrado videtur ex Attici persona loqui, quasi Ciceroni obiiciat: Tu qui Balbum accusas, interea nihil agis. Explicandum igitur tibi etc. Alii interpp. hunc locum de Epicuri doctrina intelligunt, quasi Cicero dicat, Attico iam explicandam esse quaestionem, summumne bonum in virtute, an in voluptate ponendum sit. Cui tamen interpretationi parum conveniunt ista: *si quid acturus es.*

11 Si vera est lectio, videtur significare Ciceronis de Attico iudicium, nempe quod amaret voluptatibus et commodis frui. Vetus liber, teste Manutio, *futurum.*

12 Diem scilicet, quo suum librum nobis det legendum, ut ep. CDLIII. De Tyrannione vid. ep. XXXIII.

CDXLIII.

1 Quum Cicero ad Varronem virum eruditissimum scribat, illam tangit quaestionem obscuram, quam περὶ δυνάτων (de possibilibus) appellant, de qua magna erat inter philosophos contentio, praecipue inter Diodorum Dialecticum et Chrysippum Stoicum. Quam autem varie haec illi acciperent, ostendit Cicero in libro de Fato 7: *At hoc, Chrysippe* etc. *Victor.* Ceterum haec epistola in codd. nostris 12 et 13 et aliorum quibusdam coniungitur cum CDXXXIX.

2 Nostrorum plures cum ed. Med. *si autem non est τῶν ἀδυνάτων te venire*; alii *sin autem non*, τῶν ἀδ. *te v.*; alii *te venturum.*

3 Iudicium secundum Chrysippi sententiam. Nostri omnes aliique msti et edd. vett. χρυσιππεία *haec*, vel *chrysippias haec* etc.

4 Stoicus eruditissimus in domo Ciceronis, de quo ep. DLV. Ideo eum *nostrum* appellat. Nostri omnes, praeter unum 7, cum Lamb. et Gotof. *Diodorus*; sed male. Diodorus ex allatis cum Chrysippo sentiebat. Porro *non concoquebat*, idest non digerebat, non probabat. Translatio a cibis, ait Manutius, quorum alii reiiciuntur a stomacho non concoquente, alii, concoctione facta in succum et sanguinem convertuntur.

5 Nostri omnes aliique libri scripti et excusi vett. κατὰ Χρύσιππον ἀδύνατον; alii *hoc etiam est* κατὰ Χρυς.

6 Corradus coniiciebat legendum *Cocceio* (ep. DXXIX). Libri vett. nostri aliique *Costro*, *Costio*, *Cestio*, *Cassio* et *Cretio*. In tanta varietate incertum est et ignotum nomen.

7 Amb. 7 *mandatum*. Mox alii olim *Tu si m. ad nos, nos acc. ad te.*

8 *Hortos* aliquando dictas fuisse ipsas villas, vide ad ep. DLXVII, 3; quod hic non quadrat, nisi verba invertas *bibliothecam in horto habes*. Sunt et horti Adonidis, sive horti, hoc est flores et plantae in vasis fictilibus coctis, sive testis, de quibus Gothofridus Olearius ad Philostratum de vita Apollonii Tyanensis VII, 32. Hi circumferri poterant collocarique in templis, porticibus, bibliothecis etc. An de his accipiendus locus? affirmat Manutius, sed rectius negat Olivetus, quod tales delicias contemneret Cicero, ut ceteri philosophi, ambulationibus tantum delectatus. Itaque Ciceronem arbitror hoc velle (verba sunt Oliveti), non egressurum se ex Varronis bibliotheca, nisi ut in horto corpus ambulando exerceat; itaque non egressurum omnino, si in bibliotheca sit hortus. Scripsit facete suo modo Cicero; neque intelligi voluit grammatice. Mox libri vett. nonnulli *nihil deerit. Vale*; Amb. 14 vero *Nil mihi deerit.*

CDXLIV.

1 Supple blandus, blandiens, serviens sensibus. Lamb. aliique *aut si uterq.*

2 Alii *certe*, vel *certe alioqui.*

3 Sic Plato in Epitaph.: οἶμαι μόνον οὐκ ἐν μακάρον νήσοις οἰκεῖν; et Pind. in Olymp. od. 2: μακάρον νήσων ὠκεανίδες ἀύραι περιπνέουσιν. Plin. l. VI, c. 32. *Corrad.* Ab earum insularum salubritate *beatorum insulae* dicebantur Latinis *Fortunatae*, nunc *Canarie.*

4 Ita recte Vrsinus et Var. mstae Ald. *Vulgo totos dies. Schütz.*

5 Feratur hoc triduum patienter a me, ut tu eodem κα-

θει, hoc est animi motu, sive desiderio mei moveare. Vid. ep. CXLI.

6 Post auctionem, de qua infra. Sic *de prandio* apud Plautum, quod tamen insolentius. Mox alii *et quo die*, vel *aut quo die*, vel *ecquo dieve.*

7 Historici, de quo idem Cicero de Leg. I, 2. Lamb. aliique *At moleste f.*

8 Supple *scribam.*

9 Idest pecuniam creditam, quam Caesaris beneficio recuperaturus sum a debitore, tribus modis consequi possum, sed incertis, quos mox enumerat. Ed. Herv. *me nihil de re movet aliud. Quid Caesar? treis* etc.; alii vett. aliter et absurdius legunt.

10 Turpe enim erat, homini praesertim Pompeiano, ut Cicero erat, proscripti illius Pompeiani bona emere publice ab hasta, idest auctione. Olim vulgo *pr. ipsam turp.* Loco τῦ *praeter* I. Fr. Gronovius coniecit *propter*, et recepit Schützius: audacter; nam sententia satis perspicua est, nempe: praeter istam turpitudinem, fieri etiam poterat, si Caesar periret, ut proscripti vel eorum filii bona publicata recuperarent, atque ideo Cicero perderet.

11 Secundus modus recuperandi; hoc est, transferendo solutionem pecuniae mihi debitae in mancipem, hoc est in emptorem bonorum, ut is intra annum mihi solvat. Libri vett. aliquot *delegatione in manc.*; item supra emtione, ac infra *conditione*; sed vulgatum melius, quippe casu consentiens τῷ *conditiones* et *emtionem.*

12 Scilicet, quando debitor solvet? Quia is Meto quidam erat (ep. DLXXXII), salse ludit Cicero in nomine, et diem solutionis *annum Metonis* appellat, alludens ad Metonis Atheniensis mathematici cyclum, qui constabat annis XIX, quique ideo dicebatur annus Metonis per proverbium, pro longo tempore. Pro *iste* alii *ipse* vel *ipsi*

13 Tertius modus: aut contentus semisse, hoc est dimidia summae parte; quemadmodum fuit conditio Vecteni, qui pecuniae sibi debitae dimidium perdidit. Libri vett. nonnulli *semissem*, quod eodem redit.

14 Vereor, ne, quia ludi Praeneste fiunt, iste (fortasse Caesar) auctionem praetermittat, sed post ludos Κτύπῳ auxilio accurrat, ne talis vir deseratur. Obscurus locus, et incertus ob variam vocis Κτύπῳ lectionem. Muretus coniiciebat et Lamb. edidit *Olympo*, qui erat actor scoenicus. Alii ex mss. *faciat*, *et sedulo factis Clypo*, vel *Clypso*, vel *Calypso subsidio* vel *Suffidio c.* Popma vero ἀτύπω, et intelligit Balbum; nam balbi sunt ἄτυποι. Fortasse nomen erat Caesariani alicuius, quem Caesar derelinquere nollet.

15 Sed curandum est. Alii ne talis vir ἀλογίστως μελήσει. Alii vero addunt *Tu Atticam, quaeso, cura, et ei salutem et Piliae, Tulliae quoque verbis plurimam.*

CDXLV.

1 Quo scilicet feriaretur, et otiando rusticaretur.

2 Alii ἐμβριθέστερον; Ball. ἐμφριθέστερον. Sententia est: reddita mihi est laetitia, nam anxius eram ob Tironis nuncium, te rubentiorem factum, nempe inflammatum a febri. Ideo subiungit se addere velle unum diem ad id tempus, scil. quod ibi manere constituerat.

3 Idest quaestio valde difficilis et obscura. Atticus volebat Ciceronem de Catone scribere. *Ernest.* Cicero vero metuebat offensionem Caesarianorum. Revera tamen postea librum de laudibus Catonis edidit, quem inscripsit *Cato.*

4 Schützius de sententia Ernestii hoc delevit; certe imprudenter, ut animadvertit I. V. Clericus; nam *sententiam dicere* trita est locutio, ut ep. LXXXVII, 2: *accurate*

sententiam dixi, quum abessent consulares, quod tuto se negare possent, sententiam dicere. Bosius et Grut. *seriis eius dictis*; haud male.

5 Vict. Lamb. aliique minus recte ψευδῶς*que—ipsum tamen his*, vel *iis odiosum* ἄκεσμα *sit.*

6 Docti viri putant, *Aledium* vocari Caesarem ficto nomine ab ἀλέω, quasi vitandum, fugiendum, non offendendum. Ego arbitror esse nomen amici vel familiaris Caesaris, et item Attici, qui etiam nominatur epp. DCXLI, DXLII et DXLV. *Popma.* Balbum maiorem dici putat Tunstallus, ut ex *arredio*, qui non διαῤῥήδην loquitur, balbutiendo sit *Alledius*, ut pro *Hirro Hillus* (ep. CCXXVI, 1). Lipsius ad Tacitum (an. 1, 10) legi vult *Atedius.* Schütz.

CDXLVI.

1 Ex bello Africano (ep. CDXXXVIII). Etsi recentiores e quibusdam codd. addant *scilicet,* recte tamen Victor. Manut. Lamb. aliique vocem istam cum *Caesaris* irreptitiam censuerunt, ideoque utramque deleverunt. Nos vero illam expunximus ut omnino supervacuam, et *Caesaris* tantum servamus, etsi suspicione non vacat: nam, ut bene monet Victor., sic ad Atticum saepe scribit, quippe qui optime nosset de quo loquebatur. *Caesar* habent omnes Ambb.; *scilicet* nullus agnoscit.

2 Fortasse ipsius Caesaris villam prope Alsium in ora maris Tyrreni. Mss. quidam *futurum.*

3 Quum ibi essent multorum villae ob regionis amoenitatem. *Manut.* Plures Ambb. cum Rec. et edd. pr. inepte *ne id f. in exspectatione esse adventum multos.*

4 Sic Victorius primus correxit ex antiquis codd. Vulgo quondam *in Pomptinum*; cui suffragantur tres nostri. Lamb. dedit prius *Ostiense*, postea fere vulgatum reti-

nuit *in Pomptino*. Alii codd. et edd. vett. corrupte *optime* vel *oppido* legunt.

5 De navi egredere; ep. CCLXXXII, 1.

6 Hoc est in Alsiense et Ostiae: et sane quum incertum esset, quid facturus esset Caesar, oportebat Varronem his duobus locis hospitium parare. Lectio haec auctoritate mstorum confirmatur. Schützius dedit *ut utrobique*; sed *ut* non legitur in mss., et tuto abesse potest. Vulgo *ubi utrique*, nempe Varroni et Tullio. Alii vett. corrupte *utor* vel *utar ubique*; Lamb. *utrubi*; alii *ut ubique*, vel aliter.

7 Caesar. Mox olim in plerisque *sit* aberat.

8 Hirtio, scilicet, Balbo et Oppio, Caesarianis. Aliqui omittunt *tibi*, fortasse rectius.

9 Significat, se posse quidem tuto scire consilia istorum, non autem probare. Aliud est enim ferre quod ferendum est, quum necessitas cogit; aliud probare quod non est probandum.

10 Initia rerum quae non probabat in Caesare, illa, ut opinor, fuerunt: quod Consul Caesar leges multas contra auspicia tulerat (epp. XLV, XLVI); quod a populo provinciam invito senatu acceperat; quod absens consulatum petere voluerat; epp. CCXCIV, 2, CCXCVIII, 4. *Manut.* Vetus liber apud eumdem *quid iam nescio?* ex quo coniiciebat, commode legi posse *etsi quid non probem quidem iam nescio.* Lamb. *Quid non pr. equidem* (Oliv. *quidem*) *nescio*; et Gulielm. ex coni. *ne quid non probem quidem scio.*

11 Quae, ut ita dicam, nostra in manu fuit permittere, vel prohibere. Quae autem his initiis rerum permissis secuta sunt, cogimur probare. Nam qui principiis non obstat, sero medicinam parat.

12 In Hispaniam legatus; ep. DLIII. *Corrad.*

13 Pompeianos: *cupere bellum*, quia nihil Caesari concedebant, ex quo res inter utrosque componi possent.

14 Caesarem. Cod. Amb. 15 *nunc a. n. t. c. quam timere.*

15 Subaudi *vidi* ex super. Sic nostri omnes, uno excepto, aliique optimi; alii *n. est,* quod inter recentiores Schütz. et Oliv. receperunt.

16 Nostri aliquot aliique mss. *viderimus*. Mox pro *quam* lego *quum illud* propter seq. *tum vero*; et ita edidit Lambinus. Nostri omnes porro, praeter duos, *alterutrius*; conf. epp. CCLXXVI, 12 et CCXXIII, 5.

17 Lamb. *ex ducum interitu.* Codd. aliqui et nostri duo ex emend. *interitum.* Cur vero *ducum* et non *ducis,* singulari numero, ut *exercitus?* Nimirum aut Pompeii aut Caesaris.

18 Id ipsum recurrit in ep. CDLXVIII a med.

19 Pompeianos significat.

20 Vid. epp. CDLII, CDLVIII et DXVI, 1. *Graev.* Amb. unus cum ed. Iens. *et sic min.*

21 De pace. Ep. CDLII: *Quae quum vidissem, desperans victoriam, primum coepi suadere pacem, cuius semper auctor fui. Nunc vero,* sc. in hoc bello Africano. *Corrad.*

22 Quum nempe uno proelio Pharsalico finem civili bello fecerimus, atque ab armis discesserimus, ut est in epp. CDXXXII et CDXXIV. *Quod non — illis cens.*, idest *cum il.* Sic Lucretius, l. III, v. 1052:

Eadem aliis sopitu' quiete est.

Sententia est: quod non idem quod illi sentiremus, praecipue Dyrrachii, quando me ducem eligere voluerunt.

23 Elephantorum Iubae, Pompeianorum in Africa socii, quos in aciem contra Caesarem duxit.

24 Vnus Amb. 13 cum Lamb. *vel mori*; ceteri cum aliis *velle mori*, ut erat ante Victorium.

25 Gulielm. coniiciebat *vitae casus*. Cod. Rec. cum ed. Med. *omnis v. c.*

26 Nostri omnes aliique *duxerim, quod his*; in qua lectione sensus probe constat, si pro apodosi iungatur *equidem* etc. quod infra sequitur. Cod. vero 7 infra πραγματίοι, *et ut ea consideres.*

27 Caesarianorum. *Actis* Gulielmus exponit *litorali secessui*, quod Caesar erat futurus in litore. Nam *actae* sunt amoena litora. Servius ad Aen. V, 3:

At procul in sola secretae Troades acta.

Probavit et Graevius. Amb. 15 *et actis et voluntatibus.*

28 Quos scilicet in Tusculano tuo egisti inter libros. Mox mss. quidam *i. e. victoriae*, haud inepte, ut notat I. V. Clericus.

29 Expressimus edd. Manutii et Lambini probante Graevio et Ernestio. Mss. nostri aliique et edd. vett. *vacationem*; cod. Rec. *iactationem habent eamdem* vel *eamdemque*. Verburg. *vacationem habent quamdam.*

30 In bonam partem, ita tamen ut plus sit quam *utamur*. Sic pro Mil. 2: *Quamquam in hac causa T. Annii tribunatu, rebusque omnibus pro salute reip. gestis ad huius defensionem non abutemur.* I. F. Gronov.

31 Sic vetust. edd. teste Graevio et Lambino. Plures alii libri vett. *quae tua audiero*, vel *quaeve tua a.* Vulgo *quaeve audiero*; Amb. 12 ex emend. in marg. *quaeve futura esse a.*

CDXLVII.

1 Et Seio et mihi. *Min.-Ell.* Msti quidam *apud Sevium*; unde Gulielm. coniiciebat *Servium.*

2 Vt eamus obviam Caesari. *Manut.*

3 Idest, nam quod antea praetextum quaesivi (ep. CDXL, 2), et causas simulavi, quae me Romae detinerent, teque simul, ut iter illud differres, permovere studui, id astutia quadam feci. *Schütz.* Edd. vett., Lamb. et Ambb. aliquot aliique *antea te* vel *a te calumniatus sum.* Sed *te* cum Manutio recte delevit Graevius cum posterioribus. Esset potius scribendum *me*; non enim Varronem calumniatus erat Cicero, sed *se ipsum,* ut in ep. cit.

4 Expressimus correctionem Manutii aptissimam: nostrorum enim plerique habent *Vol. prope alicubi esset.* Etsi et ipsi Manutio non displicebat legi *esses. Prope—esse te,* scil. adesses mihi, quomodo locutus est Terent. Adelph. III, 5, 7:

Vtinam hic prope adesset alicubi.

Vulgo *esse si quid.*

5 Supple *nunciaretur,* scil. de Pompeianorum victoria.

6 Ex Iliad. X, 225. Sic ep. CCCXLVII, 4. Noster 7 ἄμα τε δύο etc.

7 Sic nostrorum multi cum Lamb. Rom. Iens. Alii *quoniam confecta*; vulgo *quum conf. sunt.* Confer. epist. CLXXXI.

8 Subaudi *agendum sit.* Translatio a militari certamine, quo contenditur equis virisque. Livius VII: *Quicumque ibant* equis virisque *longe ac late fuso agmine immensum obtinente loci.* Hinc ipse Cicero Off. III: *Cum is viris equisque, ut dicitur.* Manutiani libri *equis velis*; quod Lambinus recepit. Ante Victor. ex pluribus mss. *aequis viris*; quod nihili est. Significat igitur Cicero, sibi esse curandum omni modo, ut Caesari obviam eat.

9 Cui proquaestori in Africa, Catone interfecto, Caesar vitam concessit; quamvis non ita multo post illum clam interficiendum curavit. *Corrad.* Mss. nonnulli *L. Caesaris F.* Τῷ *mecum ipse* supple *aiebam.*

10 Si Caesarem interfecit, quid mihi faciet? Addidit *patri*, quod est in Terentii Andria (Act. I, sc. I, v. 85), ex qua dictum hausit.

11 Caesarianos. Tum codd. nonnulli *non desisto.*

12 Subaudi *sint* vel *faciamus*, quod mss. et edd. vett. aliquot addunt, quodque Lambinus recepit. Nobis, ut iam Ernestio, melius placet omitti, quum sit non insolens ellipsis.

13 Ennii versiculus ex Annalibus, alibi quoque laudatus, de Orat. III, 42. *Schütz.*

14 Caesar venturus sit ex Africa in Italiam, et inde profecturus. Vid. ep. sup. init.

15 Quod dicunt eum per Baias venturum. *Ernest.*

16 Per eam utique venisse narrat Hirtius, Bell. Afr. 98.

17 Per iocum Sardiniam vocat Caesaris praedium, quasi provinciae pop. Rom. Caesaris essent praedia. *Manut.* *Deterius*, incultum ob ruditatem incolarum.

18 Docebit me qua ratione amissam Caesaris gratiam recuperem. *Manut.* Recte; voci enim *magistrum* respondent illa πολλοὶ μαθηταί. Dolabella insuper missus Caesari obviam, ut eum Ciceroni conciliaret, dicitur in ep. CDLI init. Hinc minus recte I. Fr. Gronovius hunc locum explicat de magistro auctionis, ut ep. X, 3, 21, et Dolabellam ait praestiturum Caesari operam in proscribendis et vendendis Pompeianorum bonis. Praeterquam quod haec notitia de Dolabella aliena prorsus huic epistolae videtur. Vide omnino ep. CDL, 2. Ms. Vrsini *ei me puto magistrum fore*; quod Schützius recepit. Et revera alumnus Ciceronis dicitur idem Dolabella in ep. DCC, et magistrum illi se profitetur Tullius in epist. CDLXXI; sed et huiusmodi notitia de literarum studiis hic nihil ad rem facere videtur.

CDXLVIII.

1 Intelligendae sunt Nonae Quintiles. *Schütz. Maturum*; vid. ep. sup.

2 Lamb. et Gotof. *propter remp.*; alii *propter rem., sed.*

3 Nostri omnes aliique *istum diem.*

4 Aliqui *euntem.*

5 Huius nostri consilii (quod scilicet ab armis discesserimus, et obviam Caesari eamus) ne tum quidem nobis poenitendum putarem, si eos qui id secuti non sunt, non poeniteret. Quum vero eos poeniteat, quod in bello remanserint, multo minus nobis, qui saniores fuimus, poenitendum puto. *Manut.*, apud quem vide plura. Zel. A *Consilii mei.* Porro *ne si eos* restituit Hieron. Ferrarius, approbantibus omnibus. Nostri omnes aliique *nisi eos quidem.* Gotof. delevit *non*; minus recte. Amstel. *consilii nostri ne si eos quidem qui insecuti non sunt non p. nisi poenitendum putarem.*

6 Scilicet vincendi, quae nulla Pompeianis erat; epp. CDLI et CDLXIV. *Desperationem*, causam desperatam. Tum Ambb. plures aliique *relinquimus.*

7 Id ipsum ep. CDLII sub init.: *Pudori tamen malui famaeque cedere, quam salutis meae rationem ducere.* Hoc est, officio iusto, pio et debito reip. functi sumus. Aliqui habent *itaque v.*

8 Fractis viribus proelio Pharsalico; ep. CDLXI.

9 Eorum scilicet, qui, quum se domo non commoverint, nos tamen quia domum, relictis armis, redivimus, severe admodum reprehendunt. Absurde; nam neque reprehendendi omnino sumus; et si essemus, non ab istis otiosis, verum ab iis potius, qui persequi belli civilis extrema voluerunt. *Manut.* Hittorp. *si veritatem ocio solus.* Pal. sext. *si veritatem otio solvo.*

10 Sic ed. Rom.; quod receperunt Lamb. Ernest. Schütz. et I. V. Clericus. Vulgo *se res haberet*; Gotofr. *res se habeant*; alii *habeat*.

11 Aliqui *veneror*. Mox duo nostri *occiderint*.

12 Omnes nostri *si minus*. Tum cod. Rec. *prosequar*.

13 Accipitur pro vase balneari, ut apud Phaedrum l. IV, fab. IV, v. 21 *lavationem argenteam*; et in genere pro iis quae ad lavationem opus sunt. Te praemonebo de adventu meo in Cumanum tuum (ep. CDXXXI) ut mihi lavationem pares. Cod. Rec. *lotio*.

CDXLIX.

1 Non sapit quartam, immo potius neque millesimam partem (ep. XXX), hoc est, nihil omnino sapit. Certus numerus pro indefinito; sed *quartum* opinor a Cicerone dictum iocose, respiciens fortasse ad illud Ennianum:

Quintu' pater quartum fit consul.

Significare etiam posset, ut vult Ernestius, Quintum fratrem rursus quarta vice desipere, quod iam ter aut quater sivisset filium suum cum Lupercis currere: sed quid vero sibi velit *millesimum?*

2 Quippe qui laetatur, quod filius Statiusque inter Lupercos sacerdotes cooptati sint. Quum antiquioribus duobus Lupercorum collegiis tertium recentius additum sit, appellatumque a Iulio Caesare *Iulianorum Lupercorum* (Sveton. in Iul. c. 76); primus admonuit Mongaltius, hic de Iulianis agi Lupercis, in quorum adscribebantur collegium, qui placere volebant Caesari. Sic fere Oliv. Porro Statius, libertus Q. Ciceronis (ep. LI, 1), itemque Philotimus non fuerunt Luperci, sed calatores atque ministri Q. filii in sacerdotio. Non enim liberti ad sa-

cerdotia admittebantur; tantum ministrabant suis patronis sacerdotibus. *Popma*. Ed. Herv. *tesserario*; alii vett. *testario*.

3 Quae impudentia est fratris mei ἔρανον (pecuniam mutuam) a te petere ob eam rem, scilicet, ad illud Lupercorum sacerdotium obeundum!

4 Ex primo versu Pindari Nemeorum I, quo designatur fons Arethusae in Sicilia, in quem Alpheus Achaiae fluvius post longum sub mare Ionio iter influens, quasi videbatur respirare. Haec omnia metaphorice sunt accipienda, et sensus est: Fac fratrem meum venisse non ad aridam fontem, hoc est ad arcam tuam vacuam pecuniae, sed ad fontem Pirenem, atque ad Arethusam, hoc est, ad arcam plenam ad pecuniam sumendam, in tantis illius praesertim angustiis. Lamb. *aut* ἀμπν.; alii delent hoc alterum *sed*. Tum pro κρήνην alii ἠερίνην.

5 Hoc est, quo istam demum stultitiam perducet?

6 Liber, quem de laudibus Catonis Vticensis scripsit, cui titulus *Cato* (ep. CDXLV), quique non exstat.

7 Subaudiendum *carmina*, vel *scripta*, vel *opera delectant*. Catone meo, inquit, delector; sed nihil mirum, quando etiam Bassum Lucilium malum scriptorem sua delectant.

8 Hic nummularius erat, cum eoque Cicero agebat de argento aurove facto aut infecto cum alio signato commutando. *Bosius*.

9 Optime hoc Manutius interpretatur: quaeres num aurum ille nobis dare possit. Quamquam non hoc modo videndum est, num dare possit, sed etiam illud, num daturus sit aurum bonum, non adulterinum. Nam in ep. CDLIII scribit: *De Caelio vide ne qua lacuna sit in auro*. Schütz. Olim sic haec verba constituebantur *non facultas. Modo de Hortensio* etc.

10 Hos quoque argentarios puto fuisse. *Tu* subaudi *quaeres*. Manut.

11 Subaudi *ages*. Forte Mustela et Crispus coheredes erant. Itaque agi cum Mustela non poterat, nisi et Crispus eiusdem hereditatis particeps adesset; ep. CDXXXVI. *Idem.*

12 Et a Pisone argentario aurum signatum volebat sumere Cicero pro auro vel argento facto. Hoc agebatur mediatore Aulo, qui Pisoni aliquanto plus quam par erat, fortasse petenti, et negotium diutius producenti significare debebat Ciceronem bene nosse auri facti naturam. Libri aliquot mss. et excusi vett. *Ad Avium*, quod Bosius et Verb. receperunt; et Glandorp. coniiciebat *Avianum*. Porro *demonstraret* habet Faërnus, Lamb. et Vrsinus. Vulgo *demonstrarem*, vel *demonstrarim*.

13 Hoc est, omnem pecuniam, cuius facultas detur, ex rei familiaris alienatione esse in unum contrahendam, ut ea a bellorum iniquitate in tuto esset. Supra pro *assentio* alii *assentior*; utrumque usitatum.

14 Tubulum, ope tui, video fuisse praetorem in consulatu L. Metelli et Q. Maximi, A. V. C. DCXXXI; nunc velim scire quibus coss. P. Scaevola tribunus pl. fuerit. Docebis igitur me Scaevolae tribunatum, et si poteris, docebis etiam Tubulus quo crimine a Tribuno Scaevola accusatus fuerit. Antiquitatis amator Atticus, eam diligenter habuit cognitam adeo, ut nulla lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris erat pop. Rom., quae ipsi nota non fuerit. Familiarum praeterea origines aliquarum sic bene noverat, ut notaret quî, a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset (Nepos in Att. c. 18). De Tubulo rescripsisse videtur Atticus, illum accusatum fuisse de pecuniis ob rem iudicandam acceptis; nam hoc aperte dicitur de Fin. II, 16. Quo in loco etiam P. Mucii Scaevolae tribunatus innuitur an. DCXII gestus, hoc est, anno proximo a praetura Tubuli. *Proximis* abest a pluribus vett.

15 Tribunus plebis utique fuit L. Libo A. V. C. DCIV. L. Marcio Censorino, M. Manilio nepote coss. *De Servio Galba*, supple *ad populum detulit* propter IX, vel, ut alii tradunt, XXX millia Lusitanorum contra interpositam fidem interfectorum. Liv. XLIX; Val. Max. VIII, 1. Vid. Pighium ad ann. cit. Pro *Manilio* alii *Manlio*.

16 Annalium a C. Fannio confectorum (Leg. 1, 2; Brut. 87), quos in epitomen M. Brutus Caesaris percussor contraxerat. De Fannio vide ad CXLIX; Brut. c. 21, 26; Orat. II, 67. Locum sic constitutum a I. Fr. Gronovio ope cod. Tornaes., quodque recepit et Oliv., paullum immutavit Schütz. omittendo *scriptum*. Vulgo *conturbat enim me epitome Bruti Fanniana, an Bruti epitoma Fannianorum? scripsi quod erat in extr.;* quod Bosius tamen aliique defendunt. Lamb. *conturbor enim. In Br. epitoma Fannianorum scripsi quod* etc.; sicque fere alii. Fortasse legendum *Fannii annalium*.

17 In libro de Clar. Orat. c. 36.

18 Quintum Hortensium oratorem fuisse historiae peritum, innuere videtur idem Cic. ep. DXLIX, eumque memoria valuisse, in Brut. c. 64. *Apud Brutum*, hoc est in libro de Claris Orat.

19 Ep. CDXVI. Ad Tulliae dotem et negotia pertinent illa: *Ergo et in integro omnia*, h. e. nihil adhuc perdidit.

20 Quia Kalendae tristes erant debitoribus; nam Kalendis et Idibus de more usurae solvebantur. Cavendum ergo Ciceroni erat, ne eo die Romae maneret, ne a creditoribus suis molestia afficeretur, quum solvendo non esset.

21 Ep. DCCLXXV. Libros scilicet, in quibus nomina debitorum, pecunia data et accepta, scribebantur. Nomine *Nicasionum* intelligendos esse argentarios, sive feneratores, interpretes omnes conveniunt. Quare autem sic appellati fuerint, nemo dixerit. An fenerator quidam fuit

nomine *Nicasio*, ex quo alii *Nicasiones* dicti? *Nicasionis* cuiusdam mentio est in Verr. IV, 51. Ita fere Mongaltius. Ed. Herv. *mearumque auctionum* ἀρχ. Grut. *Neoeicasionum.* Corradus coniiciebat *cessionum*; et aliqui vett. revera *incessionumque* habent. Porro *tabulae* accipiunt alii de rebus suis domesticis in iis referendis; Bosius de tabulis novis obaeratorum. Plura vide apud alios interpp.

CDL.

1 Lamb. et Victor. *delectaverunt me literae tuae*; et *delectaverunt* habent libri plurimi.

2 Mihi gratus fuit amor tuus; eodem sensu quo dicitur in ep. CCXCIII, 6: *De rauduscalo — multum te amo*; et ep. CCXXXIV: *Vt in Attilii negotio te amavi!* Vid. etiam ep. VII, 3. Scinz. *cognovi amorem*, at in explicatione *amavi* ut ceteri. Iens. *cognovi a. t. erga me.*

3 Videtur Silius nuntiasse, ut ex epistola colligitur, Caesarem salibus Ciceronis esse offensum. *Manut.* Non ita bene Schützius explanat, P. Silium nuntiasse de Caesaris victoria, et de eius adventu proximo exspectando. Huic enim explanationi non consentiunt illa: *nulla re a me offensus est*; et: *arbitrabar esse meum libere loqui — nunc nihil loqui quod* etc., et alia sexcenta. Mordacitatem Ciceronis in Caesarem notavit etiam Macrobius, l. II, c. 3.

4 Scilicet iisdem verbis, eodem conceptu. *Bis* autem, ut saltem unae redderentur, si alterae amissae fuissent.

5 Ita Lamb. cum nostro 15, ut ep. CLXXXI. Vulgo *quoniam*, vel *quum.*

6 Sic rescribendum esse suadet forma quae statim sequitur huiusmet sententiae resumendae inserviens: *sed tamen quicquid potuerit.* Ita etiam Lamb. edd. Rom. et Iens.; et sic habet noster 13 cum Rcc. Vulgo *fieri poterit.*

7 Scilicet Caesarianorum.

8 Aliquot msti cum Victorio aliisque *conciliandum et colligendum*; antique, et alienum ab Ciceronis epistolis, ut monet Ernestius.

9 Lamb. cum ed. Rom. et nostro 13 habent *iis*, fortasse melius, et in vulgatis confusum cum seq. *his*.

10 Vulgo *Nam etsi*, sine sensu. Lamb. *Nam etsi — tamen ego uno utor;* Schütz. tantum *etsi*.

11 Mss. aliquot cum Lamb. *igne*; quod sexto casu certe usitatius.

12 Tam eorum qui vere amant, quam qui ficte. *Manut.*

13 Alii et mss. et edd. *arbitror*.

14 Humilis et abiecta; illorum florentissima; quum sit penes Caesarem potestas omnis. *Manut.* Alii *quod et n. f.*

15 De Caesare. Hoc non pendet a *timeam*, ut putat Ernestius; sed absolute est pro *quod ad illum attinet.*

16 Idest, quum quis ad tantam potentiam evectus est, ut supra leges sit, ut neglectis legibus omnia possit agere, et moderari pro arbitrio. *Graev.*

17 Nostri aliquot cum Scinz. Stewech. et Amstel. *praesciri*, fortasse e correctione, qua tamen nihil opus; hic enim *praestare* est *in se recipere.*

18 Detecta et oppressa conspiratione Catilinaria. *Func.*

19 *Effugere offensionem facete dictorum* est effugere dicta salsa, quae alios offendunt. Dicit Cicero se nihil loqui, quod iure offendere possit Caesarem, aut eius familiares: si tamen offendatur facetis quibusdam dictis, quae sibi excidant, se id non posse impedire, nisi simul velit abiicere famam ingenii. *Graev.* Tullius facetiis plusquam par erat, tribuebat. Hanc Ernestii correctionem libenter recepi, quam expostulant necessario illa temporis imperfecti, quae sequuntur: *si possem non recusarem.* Vulgo *effugere si velim — est abiicienda.*

20 Vulgo *quod si id possem*; sed *id* delevit Lamb. et Ernestius auctoritate msti sui, cui noster 6 consentit.

21 Servius Claudius, qui Metello et Afranio coss. A. V. C. DCXCIII obiit; cuius libros Paetus Ciceroni donavit; ep. XXV, 8. *Corrad. Frater tuus* intelligitur consobrinus. Infra legunt aliqui *ex consuet.*

22 Hunc librum *Dicta collectanea* Svetonius appellat. *Manut. Si quod* supple ἀπόφθεγμα. Mox edd. vett. aliquot *vel per se si quod deferatur.* Alii male *si quid* pro *si quod.*

23 Nostri fere omnes cum ed. Rom. et Scinz. *praeter eadem audiat.*

24 Versus aliquot, qui vitandam invidiam admonebant, scripsit ad Ciceronem Paetus ex Accii tragoedia *Oenomaus* inscripta, ut eum ad salse dictorum offensionem vitandam adhortaretur. *Tuo* itaque dixit pro *quem tu, Paete, scripsisti.*

25 Vsus es opportune. Sic ep. DCCLXXXVI init: *epistolae offendunt non loco redditae.* Eadem forma et saepe alias occurrit, ut in ep. CXLVI, 1: *ampla erant et loco posita.* Edd. aliquot ante Victorium *posuisti ioco.*

26 Esto, ut invideatur mihi, licet invidendi causa nulla sit. *Manut.*

27 Intelligere in quo sita sit virtus. *Idem.* Stephanus III Schediasm. coniiciebat *viam virtutis t.*

28 Hoc sapientis esse culpam vitare: quod potest: cetera eum praestare non posse: quae si eveniant, reprehendi eum non debere. *Idem.*

29 Significat se recte sensisse, quum pro Pompeio et rep. stetit, et recte pariter nunc agere si quiescit, quum sibi non satis praesidii sit contra valentiores, hoc est Caesarianos. Vnus Amb. *censuerim.* Mox *quod* pro vulgato *quia* recepi ex nostro 15, edd. Lamb. et Rom.; et bene

respondet superiori *quod*. Alii *qui*. Iens. *qui quum viderim*.

30 Aliqui vett. *faciamve*.

31 Scilicet Caesari. Amb. 14 e correctione *quae quisque*.

32 Et illis versibus Accianis a te allatis non imputabo factum meum invidiae, sed fortunae: idest, non invidiam, sed fortunam timebo. *Min.-Ell.* Vulgo *non modo iam*; quae transpositio facilis est in mss. ob scripturae compendia *nõ, mõ;* sed *modo* hoc loco positum iam Ernestium offenderat; itaque cum eo uncis inclusit et Ios. V. Clericus, et Schützius delevit.

33 Olim vulgo deerat *ab*; nunc recentiores recipiunt; idque habet unus ex nostris.

34 Athenis Socrates, quum triginta tyranni a Lacedaemoniis impositi dominarentur, Syracusis Plato, atque etiam Aristippus, regnante maiore Dionysio; Laërtius et alii. *Manut.* Libri vett. nonnulli *tulerunt* — *fuerunt*.

35 Sic nostrorum multi aliorumque cum edd. vett., et recte. Vulgo *quum tu*.

36 Post Oenomaum; ep. DLXVI. Quando tu post versus Oenomai Acciani, quos nuper protulisti, non Atellanum actorem introduxisti, ut olim introduci solebat, sed mimum, ut nunc fit: hoc est, non facetia Atellani actoris digna, sed mimi usus es. Hoc loco innuitur discrimen inter Atellanas fabulas, et fabulas mimorum, sive histrionum. Illae nempe modestiores, hae lascivae et dicacissimae. Hinc Livius (lib. VII, c. 2) postquam narravit Iuventutem Rom., histrionibus fabellarum actione relicta, ridicula fabellis, potissimum Atellanis, imitasse, addit: *Quod genus ludorum* (Atellanorum) *ab Oscis acceptum tenuit iuventus, nec ab histrionibus pollui passa est.* Atellanae fabulae, in tragoediis potissimum agi solitae, idem, aut simile quid erant et quae nunc apud nostrates *In-*

termezzi, Germanis *Nachspiele* appellantur. *Atellanae* autem dictae ab oppido *Atella*, de quo ep. CXXXVIII. Porro Ant. Augustinus coniiciebat *Atellanam*, quod placebat Ernestio, et edidit Schützius et Ios. V. Clericus. Pro *solebat* vero unus Amb. cum ed. Iens. *solebas*, quod tamen sequenti *ut nunc fit* non cohaeret.

37 Quum haec obscura et insolentia sint, aliqui emendare varie conati sunt. Schütz ex ingenio *Quem pompilum quem thynnum*, quod illud tribus locis memorat Plinius, et quod *denarium* hic ineptum videatur. Amb. unus cum Lamb. aliisque vett. *Pompilium*; ms. Vrsini *polypum*, quod sane verisimilius videtur, ut infra est in hac ipsa ep. Alii denique *thynnarium* coniiciunt, ut sit edullium ex thynno confectum. Nos hic a vett. librorum consensu recedere nolumus; quia *popilium* pro *pompilo* Plinii, aut quid aliud eius generis esse potest; *denarium* vero, quia intelligi potest denarius, quo, ut iam vidit Corradus, se polypum vel quid aliud simile emturum Paetus quaesisset, quem Cicero ut minimum spernat: et *thynnum* longius abest a mstis.

38 Nostri duo aliique *felicitate*, quod idem sonat ac fortuna, ut in ep. DCC sub fin. At alterum rectius.

39 Ego eos erudio in Rhetoricis, praecepta eloquentiae eis trado; sed apud eos ceno. *Magistri* enim, *Reges*, *Domini* dicebantur splendidi convivatores, qui amicos frequenter excipiebant conviviis; ut pridem notavit Lipsius III Antiq. lect. *Graev.*

40 Scilicet quod profitearis te non esse solvendo, nihil impedit, quominus me opipare excipias. Sic locum hunc nobiscum explanat Al. Sym. Mazochius, Comment. in Aen. Tabb. Heracl. p. 433. Itaque *eiurare bonam copiam* est negare iuramento se bonam copiam habere. Sic vero codd. fere omnes sive nostri, sive alii. Amb. 15 cum

ed. Iens. *et iures habere n. e.* Alii *b. c. iures*, ut nimirum Hier. Ferrarius et Victorius legi volunt ex loco Varronis lib. VI fin.: *Hoc sublatum ne fieret, et omnes qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi, dissoluti.* Contra, Varronem Manutius corrigit ex hoc Ciceronis loco. Sed neutrum auctorem solicitandum esse evincit Mazochius, quod contrariam contrariis verbis sententiam uterque eorum habeat. Neque illum moratur illud pariter Ciceronis *iurare calumniam* (ep. CCXXIII, 2); quod explicatur negare iuramento, iuramento se dicturum calumniam; sive quia *iurare* cum accusativo rei vi affirmativa semper alias pollet, ut *iurare foedus*, *iurare pacta*; sive quia in allato loco id iusiurandum συντόμως *calumnia* vocatur, indeque ortum τὸ *iurare calumniam*, pro eo quod est, se nihil calumniaturum.

41 Quum dives eras, re domestica integra ante Caesaris legem de aestimatione. Lamb. *rem augebas*, nullo auctore.

42 Hoc est ad minimos quaestus. *Manut.* Vt enim a lucro *lucellum*, ita a quaestu *quaesticulus*. Victor. Ambb. plures aliique vett. *quaestiunculis*; fortassis e correctione, quin tamen sensui praesenti congruat. Porro Frid. Gronovius mavult *ferebam*, aut *patiebar*. Primum inconsulto recepit Schützius. *Faciebam* hic est *reputabam*, vel *reperiebam*, inquit Al. Sym. Mazochius, Comm. in Aen. Tab. Heracl. p. 443 in nota.

43 Scilicet per aestimationes illas a Caesare inductas. *Ernest.*

44 Quid veneat nomine aestimationis vid. ad ep. DXLIII. Hinc quod sequitur *aestimationem aliquam accipere* est possessionem pluris quam quod valebat aestimatam a debitore loco crediti accipere et damnum pati. Conf. ep. seq. Vett. aliqui *existimationem*.

45 Hoc est, et tamen quod ab amico (seipsum designat)

bona tua comedantur, non id tibi aeque grave esse debet, atque illud est, quod debitorum causa deperdis. *Manut.* Aliqui *Et iam haec l.*

46 Amb. 15 *reliquiae sunt.* Bene tum Ernestius pro *ut* coniiciebat *ubi*, ex quo *uti*, dein *ut* fieri potuit.

47 Locupletis hominis, eiusdem qui Tigelli avus nominatur in ep. DCXXXVI. Ambb. duo aliique codd. *Phaniae.*

48 Manutius non ad frugalitatem, sed ad tempus refert, hoc est maturius, citius; cuius significationis exemplum affert ex Corn. Nep. verbis in Terentii vita per Donatum conscripta: *Nepos,* inquit, *comperisse se ait C. Laelium — admonitum ab uxore,* temperius *ut discumberet, petiisse ab ea ne interpellaretur; serius tamen ingressus triclinium dixisse* etc. Ovidius tamen et Columella *temporius* dixere. Vide reliqua apud eumdem Manut. Aliqui *temperatius*, quod sane sensui magis congruit; quo sensu si vera est altera lectio, certe insolentius.

49 Graevius e msto Amstel., cui Ernestinus consentit, legi vult *revoca.* Illis et nostri aliique consentiunt; sed pro sequenti *feram* habent *referam*, scilicet syllabam *re* e priori *revoca* detractam; quod et in illis duobus factum suspicor. Hinc nihil mutandum.

50 Minio, hoc est rubro colore tincti Iovis simulacri faciem in Capitolio illini solitam tradit Plin. XXXIII, 7 et XXXV, 12. Ant. Augustinus mallet *miniati Iovis*, quod utique habet Lamb. Amb. 15 *Enniani.* Tum *similem* intellige polypum rubro iure, seu embammate conditum. Sic fere Manutius explicat.

51 Ne credas, me promulside expleri, eaque contentum fore, quam prorsus reieci.

52 Sic msti plerique et edd. vett. et Manut. Lamb. Graev. aliique illustres viri docti receperunt. Alii tamen ex aliquibus codd. habentibus *delibitari*, vel *delimitari*, vel

debilitari ut noster 7, hoc postremum receperunt, ea ratione adducti, quod plus indicare illis videatur, et *delectari* simplicius esse quam pro tali epistola iocosa; sed eos merito recteque refellit Graevius, qui iure negat, istud commodum hic sensum habere.

53 Neapolim, ubi tu es (ep. CDLXXIII, 2). *Manut.* Pro *istuc*, ut ep. CCCXXXV.

54 Nostri plerique cum aliis *calefacias*. Sed contractum *calfacio* usitatius fuisse auctor est Quintilianus.

55 Domum Sullanam in urbe Neapoli (ep. CDLXXXIII, 2), villam Selicianam in argo Cicero emere cogitabat. *Manut.* Vett. aliquot *Feliciana*.

56 Allusisse Tullium ad nomen villae putat I. Fr. Gronovius; sed, ut recte iam monuit Schönbergerus, nulla videtur hic allusio inter *sal* et *Selicius*. Verisimilius est, salinas fuisse in ista villa, usumque fuisse Tullium ioco ex ambiguo, quod est in vocabulo *salis*. Deinde *sannio* scurra est de cuius ridiculis actibus Orat. II, 61. Hoc ergo videtur dicere: *salis satis esse* in ea villa; sed qui ridere possit his calamitosis temporibus, se non videre. Libri vett. aliqui *Samiorum*, vel *Samionum*, vel aliter.

CDLI.

1 Hirtium et Dolabellam; cp. sup. *Obviam* Caesari ex Africa redeunti. *Caesari* nimirum addebant vett. aliquot, quam vocem recte Gebhardus expunxit, quum soleat a Tullio saepe reticeri quum ad familiarissimos scribebat: ac praeterea satis indicatur infra *familiari suo*. Immo mihi valde suspecta est et vox *iidem*, quae manifesto superabundare videtur; ideoque uncis inclusi.

2 Nota historia est de Dionysio, qui ut aliquam amissi regni imaginem pueris imperando, conservaret, scholam

in triviis instituit. Vid. apud Iustin. XXXI. De eo et ep. CCCL. Tum pro *expulsus* cod. Vatic. Pal. Sext. et Amb. 14 ex emend. cum. Victorio et Graevio *pulsus*.

3 Recte et praeter ostentationem: regnabat enim Cicero in foro eloquentia sua, qua pollebat, sive in causis privatis, sive in concionibus.

4 Vt ea occupationibus distentus aequiori animo perferam. Aliter Manut.

5 Quam firmum sit hoc meum consilium docendi.

6 In acie Pharsalica non fuit, sed remansit in castris ad Dyrrachium, ut videre est in ep. CCCXCI et seqq.

7 Pompeius Magnus et Lentulus Crus iussu Ptolemaei regis necati (Caes. Bell. civ. III, 104); Scipio Pompeii socer ad Hipponem regium in Africa delatus, et ab hostibus circumventus seipsum interfecit (Hirt. Bell. Afr. 96; Florus, l. IV, 2; Val. Max. l. III, 2, 13; Appian. Bell. civ. II, 97, 100); Afranius a P. Silio Caesariano cum Fausto Sulla captus et Caesaris mandato interfectus, si fides est Floro (l. IV, 2). Id negat Sveton. in Iul c. 75. Codd. aliqui male *Scipio Africanus*.

8 Hic quum Vatiniano odio Caesarem odisset, et res Pompeianorum fractas omnino apud Thapsum in Africa vidisset (ep. CDV, 2), Vtica inclusus, sine suspicione, vultu atque sermone, quo antea usus fuerat, quum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum tulit, atque ita se transfodit. Quum autem medicus familiaresque ex suspicione ingressi, vulnus Catonis adhuc respirantis fasciis obligare coepissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit, atque animo praesenti se interemit. Hirt. Bell. Afr. 88; Plutarch. in Catone Min. Si autem propterea dicit, *praeclare* periisse; haud secus igitur Scipio (not. praeced. 7), nisi dicas id Ciceronem ne-

scisse aut non credidisse, quum eum illis coniungat qui *foede perierunt.*

9 Necesse id Catoni fuit; quia Caesarem vetere odio incensum timere potuit; nos damus operam, ut eius nobis animum reconciliemus. *Manut.* Mox Ambb. plures aliique *idque agimus.*

10 In conviviis apud Hirtium et Dolabellam (ep. sup. et CDLVI). *Schütz. Confeci* est consumsi, comedi.

11 Quia supra sermo fuit et de ludo et de cenis, videtur hic quoque Tullius ludere in ambiguo vocabuli *iuris*, quod et leges significat, et succum carnium. *Ateriano* autem dixit, quod Aterium iurisconsultum penes se habuisse Paetus videtur: *Hirtiano*, confer ep. sup. et CDXLVI.

12 Disce, inquit, e cenis Hirtianis, quales tuae futurae sunt. *Manut.* In Medicaeo cod. est *disceam* προλ; et post *sed quomodo, videro si aestim.* Hinc vir doctus qui editioni operum Mureti Patav. 1740 praefatus est, sic locum corrigit *sed disce a me* προλεγομένας. *Quas? quaeris. Etsi sus Minervam: sed quomodo, videro, aestimationes* etc. Initium correctionis *disce a me* non displicet. In ed. Rom. est tantum *disce* προλ. et sic msti nostri. *Ernest.* Ita et Ambb. omnes aliique; ideo vulgatum *iam* sustulimus ante προλεγ. Plura vide apud Graev.

13 Scilicet docebo. Nam ep. CDLV in Paeto *veterem lautitiam* praedicat. Itaque illo proverbio, quod dicitur in eos, qui cuius rei scientia carent, in ea peritissimos conantur erudire, significat se stulte agere quod se in arte coquinaria Paeto magistrum fore profiteatur. *Schönb.* Peck. *et si vis Minervam.*

14 Scilicet possessiones quas per aestimationem a debitoribus accepisti. Vid. ep. sup. Ambb. aliquot *sed quomodo*, vel *quum video si existimationes.*

15 Subaudi *laborare.*

16 Neapoli. Ita Gronov. Vulgo *istuc*. Nostri plures aliique libri vett. *istos*. Tum *familiares tuos*, scil. apud quos cenare solitus es. *Manut.*

17 Quando equum, ut viveres vendidisti. Alii *quum canth.* Mox plures ambb. aliique *R. provehi.*

18 In schola, quam aperui, sedes honorifica tibi erit secunda a praeceptore, tamquam submagistro: *eam pulvinus sequetur*, scil. mox magistro futuro. Magistrorum enim sellis pulvinus dignitatis gratia addebatur.

CDLII.

1 Ep. CXXVI.

2 Cod. Scaels. *vexamur, et (ut vides) etiam vexabimur.*

3 Idem Scaels. cum Zel. A *temporis recordatio.* Proxime ad eum duo Ambb. *venire recordatio illius temporis*. Al. *s. in m. v. illud tempus.*

4 Idest A. V. C. DCCII belli civilis initio. Confer epistolas illius anni. Mox Scaels. *in Pompeianum v. concessissem.*

5 Solicitabat. Sic locutus ep. CCCLXXVII init. *Manut.* Mox Graevius aliique *quam officii.*

6 Erga Pompeium et optimates. *Graev.* Mox Scaels. *valde commovebat.*

7 Veteres aliqui *perturbatum.*

8 Proficiscendo scilicet ex Italia ad Pompeium: *quam salutis meae rationem ducere*, abstinendo a bello civili et sedendo in Italia.

9 In castris Pompeii. Abest a tribus Ambb. et Rec.

10 Scaels. *n. m. c. neque paratas illas, n. bell.* Paullo post aliqui *reliquos*, melius certe: immo *reliqui* mendosum puto, nisi subaudiatur *erant;* sed melius responderet superioribus *vitia multa*, et continue illis *magnas copias paucosque.*

11 Ita manifestam faciebant sermonibus futuram eorum crudelitatem in eos omnes qui a partibus Pompeianis non steterint. Consule epp. CCCXCVIII et CDXLVI. Scaels. *in opere ita crud.* Mox infra *ut ipse victoriam perhorrescerem.*

12 Ex quo fiebat, ut belli civilis victoriam cupiditatibus suis peropportunam putarent. Vid. ep. CDLXX.

13 Lente gereret, proeliorum aleae se non committeret. *Cellar.* Optimum sane consilium: nam Pompeius maria omnia classe sua tenens frumento ceterisque rebus abundabat; Caesar vero difficultate annonae paene consumebatur. Vide Caes. Bell. civ. l. I, c. 52; III, 42, 47-48. Scaels. *b. produceret.*

14 Illa scilicet ad Dyrrachium; ep. CCCXCII.

15 Ms. quidam *nullius imperii fuit.*

16 Proelium commisit. Significat celeberrimum illud proelium ad Pharsalum in Thessalia pugnatum.

17 Aliqui *mihi finem belli f.* Scaels. cum Rec. *Tunc ego mihi belli finem feci.*

18 Mauritaniae in Africa regem, ad quem postea confugerunt victi Pompeiani; Caes. Bell. civ. II, 25.

19 Scaels. *Certi;* sane melius. Postquam aliorum pericula recensuit; quum scilicet cecidit in acie L. Domitius, in insidias incidit Pompeius, in victoris manus devenit Cassius, ad Iubam confugit Scipio, exsilio locum cepit Marcellus, mortem voluntariam conscivit sibi Cato; nullum aliud perfugium certum erat praeter deditionem in victoris manus.

20 Schützius, nullo auctore, praeposuit *et* ut parenthesis illa *si quicquam* etc. ad verba *in meis* pertineret, scil. in meis praediis, possessionibus. Id ego quoque reciperem si qua suppeteret auctoritas. Codd. aliqui *cum eis*; quod referendum esset ad *incommodis.* Pro *cuiusquam*

vero Lamb. aliique *cuiuspiam*, Amb. unus *cuiquam*. Significat autem: si quisquam nunc propria libere possidere potest.

21 Cod. aliqui *praedixi futura*.

22 Alii *non quod optima*, vel *optime*.

23 Amb. 13 *forma rerum;* alii *fortuna*.

24 Vulgo cur *optarem multae causae;* sed *causae* procul dubio est a glossatore sciolo, ideoque deleverunt recte Lamb. Ernest., aliique recentiores, ut revera deest in codd. vett. nonnullis. Aliqui vero *causa non visa est*, vel *c. non ulla v. e.*

25 Scaels. *et tibi molestius*, al. *et iam tibi molestior fui;* haud male. Schütz. haec malit abesse. Mox pro *quum* multi vett. *tum — tum*.

26 Pompeii: *unus*, Caesar.

27 Scilicet finem belli facere: postquam autem non potuerim reliquis omnibus finem fecisse belli, volui saltem mihi ipsi. Cicero enim, inquit Cellarius, post Pharsalicam cladem suasit omnibus ut tempori servirent, neque repararent bellum. Vid. ep. CDXXIV.

28 Olim vulgo *ipse;* quod Graevius dupliciter vitiosum esse vidit: primum quia constructio requirit *ipsum*; secundo quia est in oppositione τῷ *reliquis*.

29 Ernestius putabat excidisse *me* post *quam si;* et revera id habent Lamb. aliique vett. e correctione: sed nihil opus; nam facile ac necessario ex prox. praeced. subauditur. Mox pro *si quando* Victor. *si quum in v. m. i.*

30 Est e correctione Lambini et Ernestii. Nostri omnes cum vulgo *quid diceres*: scil. vituperatoribus.

31 Qui scil. perierunt in proelio Pharsalico. Paullo supra pro *fuerit* duo nostri cum Rec. *fuit*.

CDLIII.

1 Ne quod vitium sit in auro (ep. CDXLIX, 3), ne subaeratum quid sit in iis nummis, quos a Caelio in permutatione recipiam. Metaphora sumta a lacunis, quae agros deteriores reddunt.

2 In permutatione pecuniae multum est damni, iacturae (Verr. III, 78). Graecum vocabulum κόλλυβος, quod et genus numi apud Graecos, cui bos incusus erat (Hesich.), et permutationem ipsam numorum, teste Polluce, significat. Quidam habent *ego ista novi*, ut Graevius et I. V. Clericus; et quidem *non* omitti posset si *sed* abesset. Ed. Herv. *detrimentum*, *satis si huc a. s. a.*

3 Scilicet adulterinum, maius insuper detrimentum erit.

4 Quia proxima verba abrupta sunt, dicit hoc esse exemplum Hegesiae, cuius dicendi genus fractum erat et velut in particulas incisum, ut idem refert in Orat. 67: *Habes*, inquit, *hoc exemplo genus dicendi Hegesiae*. Sic fere Bosius.

5 Ais ne tu? est ne ut dicis? Cui et illa similia sunt *ain' vero? ain' tandem?* ep. DCLVIII. Porro τῷ *sine me* supple, potuisti legere librum Tyrannionis? Tyrannionem περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσοδείας (*de Homerica prosodia*) scripsisse, testatur Suidas. Et dixit *verum* pro *aequum*; ep CCLXXI. *Manut.* Herv. *unum hoc frui sine me?*

6 Φιλόδημον sive *popularem* in literis vocat eum, qui cognitione rerum tenuium delectatur, omniaque etiam minuta et humilia scire desiderat, sicque ut in republica popularis est studiosus populi. *Popma.*

7 Hoc est, et tu amas eiusmodi minutas speculationes, quibus animus tuus ali possit.

8 Scilicet Ἐεωρεία. *Acutam* et *gravem* dicit ex sententia At-

tici. *Quid — ad τέλος?* quid ea speculatio prodest ad finem, idest ad felicitatem? Significat autem quinque libros *de Finibus*, quos tum scribebat Cicero.

9 Sed longum foret de istis disserere; tuque occupatus es, in meo certe, fortasse et in alio quo negotio. *Quidem* addidit Bosius e mss.; nam vulgo aberat olim.

10 Alludit ad corporis curandi artes Graecorum Romanorumque, inter quas hanc adhibebant (utor fere verbis Oliveti), ut contra solem nudi vel sederent, vel ambularent, quo frigidis humoribus excoquendis opportunum solis calorem cutis combiberet. Iuvenalis XI, 103:

Nostra bibat vernum contracta cuticula solem.

Eam nimirum vocabant *assum solem*, *insolationem* et *apricationem*, graece ἡλίωσις, et ἡλιωκαία. Si corpus ante apricationem oleo perfuderant, hanc dicebant *apricationem unctam*. Cicero vocat *unctum solem nitidumque*, quod solares radii in cuticulae meatus insinuabant se se, quasi uncti ac nitentes oleo quod secum vehebant. Sed haec sunt metaphorice accipienda hoc sensu: In isto Tyrannionis libro est ne aliquid quo utar in meo de Finibus scribendo? sed de te hoc nunc non petam; es enim forte occupatus. Quum una erimus, tunc exigam, et quidem non eadem mensura, qua acceperis, sed cumulatiore, ea quae tibi tradidi in dialogo de Claris Oratoribus, quum in pratulo meo prope Platonis statuam (Brut. c. 6) ad solem consederimus; faciamque ut pro tenui illa nostra doctrina, qua tamen tu abusus es (scilicet ad delicias et voluptates), res scitu digniores a te requiram. Manut. *ac pro isto*.

11 Id est nuncupatus tibi.

12 Vsurpat verba Terentii Heaut. I, 1, 18, quibus Menedemus Chremetem alloquitur. Tantum, inquit, tempo-

ris tibi superest, ut praeter cetera librum quoque de Oratore legas? Vox *Chreme* deest in multis, qui a *Tantumne* novam epistolam inchoant. Saue videtur ab aliquo vox illa adiuncta esse ad complementum Terentii versus.

13 Perspicuum est in Oratore subintelligi, in quo haec de Pericle: *Si tenui genere uteretur numquam ab Aristophane poëta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset.* Aristophanis autem graeca verba in epist. quadam recitat: ἤστραπτον ἔβροντα ξυνέκυκα τ᾽ Ἑλλάδα; quod Cicero quum Eupoli primum tribuisset, postea correxit, Aristophane reposito. *Manut.*

14 Caesarem Atticus rogaverat, ut Buthrotios, quorum agrum, ut divideretur, proscripserat, hoc decreto liberaret (ep. DCCLII), saepiusque usus erat vocabulo *quaeso.* Propterea cum Caesar facete et urbane cavillatus erat, non tam quod illud ipsum vocabulum, ut nonnullis (I. F. Gronovio et Mongaltio) visum, reprehenderet; sed quod nihil opus esse diceret, Atticum se tam enixe rogare, quod illi facile concessurus esset. *Schönb.*

15 Supple, febri laborare; ep. CDXLI. *Manut.* Mox *horrore*, idest sine tremore ex frigore.

CDLIV.

1 In aliquibus mstis *Tamen malitia* sine praep. *a.*

2 Vett. aliquot *tenuissimo.*

3 Sic vocat Balbum ceterosque Caesarianos, cum allusione ad Caesaris potentiam. *Consulares* vero se ipsum significat. Codd. vett. multi, tum nostri, tum alii, et edd. vett. et ipse Lamb. corrupte *quum res gestae.* In aliquibus vero *tam* abest.

4 Recta via; ut epp. CXLVI, 2 et CLXXXI, 1: *a porta*

intellige urbis. Ita edimus cum Lamb. aliisque vett. et mss. pro vulgato *enim*; quod non habet a quo pendeat. Ernestius malebat *recta enim venit:* quod et Schützius edidit. At *enim* pro *cum* reperitur quidem in mss., ut in nostris, praeter unum 13, ob facilem in mss. ipsis mutationem; sed nusquam *venit.* Mss. quidam apud Graevium et Verb. *Nescis me ab illo expiscatum; recta eum venisse*; quod quidem significaret etiam Ciceronem a Balbo expiscatum fuisse, idest hunc ab eo sciscitatum.

5 Hoc est, quod non suam potius domum venit, sed quod non statim ad suum, idest Caesarem, commeavit. Caesar enim sub finem superioris mensis Romam venerat. *Schütz.* Sex nostri cum duobus Pall. Hittorp. et Stewech. *quod non suam*, vel *ad suam potius: sed quod non ad suam.* Hinc probavi edidique correctionem Schützii. Quod vulgo editur *quod non ad tuam potius*; *sed illud quod non ad suam*, passim est e correctione; nec ullo modo ferri posset: nihil enim erat cur Balbus domum veniret Paeti, quando hic Romae non erat, sed Neapoli, unde ipse Balbus veniebat. Vnus noster utrobique *tuam — tuum*; quod pariter falsum. Lamb. *quod nec ad suam.*

6 Amb. unus cum Scinz. *adiuratus.*

7 Supple, quam apud te cenasse. Nam *libenter*, ut vidit Graevius, proprie Latinis est *edere*; ut apud Cat. R. R. c. 156; Terent. in Eun. V, 9, 44; ibique Donatum. Et quum Ciceroni sermo est de Paeto, facile est de cena vel potu sumere, ut mox *obsonio.* Ad epp. CDL, 2 et CDLVI.

8 Idest, si ita Balbo satisfecisti per verba, non minus gratificabis meis auribus, non minus delicatas aures ad te adferam, hoc est, non minus libenter te audiam.

9 Iocatur in ambiguo *Balbi* nomine. Balbi enim dicuntur qui linguae vitio minus expedite loquuntur.

10 Neapolim, ubi erat Paetus; ep. CDLXXII, 2.

CDLV.

1 In nostro 13 aliisque *Num tu h. r. es*; ex quo Lambecius in notis ad Gellium suspicatus fuit *Nimium tu* etc. At I. F. Gronovius corrigebat *Nae tu*; quod placebat Graevio, et recepit Schützius. Elegantius quidem; sed nec propterea vulgatum reiiciendum: est enim *Non ne tu homo ridiculus* etc. Ceterum non admodum ridiculus dicendus est hîc Paetus, quum ep. sup. scripserit Cicero se a Balbo *omnia expiscatum*.

2 Neapoli, inquit Manutius, quia ibi videtur hoc tempore Paetus fuisse. Melius Ernestius ex illis quae infra sequuntur: *Veientem agrum* etc. intelligit in ea regione, in qua Paetus agros habebat prope Tusculum, ubi et Cicero habebat. *Futurum putem*, intellige, an dividere militibus in animo habeat Caesar; quod Balbus melius scire poterat, quippe ex intimis ipsius Caesaris familiaribus.

3 Habuisti apud te, qui vel deliberata mente, ut sobrii, vel temere et casse, ut ebrii, potuit, quid sit, dicere. Horat. ep. I, 5, v. 16:

> Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Sed iocatur de more cum Paeto suo combibone, ut epp. CCXLVI, CDL et CDLVI.

4 Ita vivimus, ut quemcumque diem supersimus, in lucro ponere debeamus, sive computare pro magno lucro. Sic Horat. Carm. I, od. 9, v. 13:

> Quid sit futurum cras fuge quaerere;
> Quem sors dierumcumque dabit, lucro
> Appone.

Ex hisce locis Livium correxerat Sigonius ad lib. XL,

c. 8. *Quadriennium*, ergo ab initio belli civ. Pompeiani, quando Caesar Rubiconem transiit Idib. Ian. A. V. C. DCCIV; Caes. Bell. civ. I, 11; et Cic. ep. CCCI, CCCV et seqq.

5 Alludit ad Catonem, de quo iam in ep. CDLI, ut saepius alias. Pro *si qui* alii *si quis*.

6 Lamb et Gotof. *hic*; refertur enim ad agrum: sed si vera est lectio *hoc*, subaudiendum est praedium. *Non longe abest* etc. significat: quum agros illos metiantur, ut dividant militibus, periculum est, ne de meo Tusculano idem fiat.

7 Sic vett. libri plerique. Alii *quum* vel *quoniam*, et mox *idem quod phil.*; quod placebat Graevio, qui cum Victorio antiquam lectionem vocat.

8 Nempe Caesarem.

9 Eadem ratione Caesarem excusat ep. CDLVIII: *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, facienda sunt.* Manut.

10 Tres nostri aliique rite *non modo non me*; conf. epp. LXXXVIII init.; CXLVIII, 4 init. et alibi.

11 Melius noster 15 *non scripsi.* Mox msti aliquot cum Lamb. *non quod*, ut epp. CLXXV et DXXXVII.

12 De agris dividundis. *Manut.*

13 Ergo timebat suis agris Paetus, quanquam apud Caesarem gratiosus; ut epp. CDLXXIII, 2 et CCXLVI, 2. *Idem.*

CDLVI.

1 Ludit in voce *mala*, quae et poma significat et maledicta. Miserat Paetus Ciceroni poma: ideo Cicero se *donatum pomis* scribit: quia vero et lacessitum se maledictis a Paeto dicere volebat, et *donari maledictis* non

dicitur; ideo usus est verbo quod utrique rei accommodatum est, *malis oneratum*. Addit *ut scurram*, quia apposita secunda mensa scurris et parasitis accidere solebat in locupletiorum conviviis, ut et pomis et maledictis onerarentur: sed id fiebat in primis quum parasitus erat impudentior, et dicta saepius iacebat in convivas. Et quia dicitur *iacere dicta* tamquam tela et iacula, hinc *velitari* et *velitatio* in dicteriis iaciendis, ut apud Gellium (VI, 11): *Neque in maledictis apud impudentes et improbos velitandum.* Quia vero, ut ait Festus, *velitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectio ab exemplo velitaris pugnae*; propterea eleganter dicit se tamquam velitem scurram, hoc est, qui ultro et crebrius impudentiusque maledictis velitatus sit adversus Paetum: id autem non moleste tulisse, quod aequum sit, ut est apud Phaedrum, sua exempla aequo animo pati. Ingeniosam hanc explanationem ex Ernestio hausimus, cui I. F. Gronovius consentit. Male autem Manutius et Al. Sym. Mazochius in Tabb. Her. p. 238. Amb. *ut scurram vel malis ita oneratum esse*; 7 et 13 *male* pro *malis*; alii aliter variant.

2 Neapolim; supra ep. CDLIV.

3 Diutius enim quam solent hospites, apud te mansissem. *Manut.* Nam *hospes* est qui biduo vel triduo hospitatur; contubernalis qui menses plures.

4 Saturare, et, ut diximus ad ep. CDL, 2, not. 51, replere ita, ut nihil amplius possit comedere. Sic *confici senio*, *macie*, *lacrymis*; vidit Graevius.

5 Quasi nihil gustassem in promulside, iuxta ieiunus et esuriens aggredior caput cenae. *I. F. Gronov.* Ovum erat cenarum caput, sive initium; sed tamen post promulsidem; Horat. I, sat. III, 1, 6:

Si collibuisset ab ovo,
Vsque ad mala citaret (iteraret).

Vnus Amb. 11 *refero*.

6 Nec minus strenue ad carnes assas accedo. *I. F. Gronov.* Assa caro igitur, perinde ac hodie, inter ultima fercula apponi solebat. Pro *vitulinum* Ambb. praeter duos aliique *vitellinum*. Guarinus, puto, in 14 corrigit: *Itaque ad assum vitellum opera illa mea perducitur, quam solebas antea laudare: O. h. f. o. h. n. gr. Omnem.* Est vero hic *itaque* pro *et ita.* Aliqui tantum *ita.* Pro *perducitur* alii *producitur.*

7 Temperantiae praeconia. *Min.-Ell.* Quae scil. sequuntur *facilem*, in laudando, *non gravem*, quovis cibo contentum.

8 Meditationem causarum in foro postea pertractandarum.

9 Quia Academiae studebat Cicero (ep. DCLIX), et magna Epicuro cum Academicis de summo bono controversia erat. Tamen *in eius castra coniecimus*, idest, ad agendam Epicureorum vitam lautam voluptuosamque transii. Ita et Seneca, ep. II: *Hodiernum hoc est quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim et in alia castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator.*

10 Id est, non ad huius saeculi insolentiam et nimios sumtus in cenas conferam, sed etc. Sic Phil. IX: *Magnifice — Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius saeculi insolentiam vituperabat.* Mox tres Ambb. *sed illam.*

11 Quum sic abundabas fortunis, ut sumtibus ferendis par esses, ut explicat Graevius. Noster 15 *quum me in sumtum habeas*; 13 cum Lamb. *quam in sumtus habebas*: al. *quum mecum sumtum*, vel *sumtus h.*

12 Scilicet quia multa acceperat per aestimationem Paetus

a suis debitoribus aliter solvendo imparibus. Conf. ep. CDL, 2. Amb. duo cum aliis *proelia h.*; quod haud scio an seq. sententiae congruere possit.

13 Qui aliquam peritiam in arte coquinaria iam adeptus; idem quod infra: *Nos iam artis tantum habemus.*

14 Tarde discentes, scilicet modum laute cenandi. Seipsum significat, qui Hirtium et Dolabellam cenandi magistros habuit; ep. CDL, 2. *Insolentes* vero ut discentes in literarum ostentatione sunt protervi (Gell. XV, 30); sic qui edacitatem affectant. *Cort.*

15 Alii cibi apponendi sunt, quam quos in sportulis apponere soles, artolaganos, panes mellitos, placentarum instar. *I. F. Gronov.* Aliqui vett. *deducendae.* Noster 7 *sportulae*; aliquot *artolagini* vel *artolagyni.*

16 In arte scilicet coquinaria tantum profecimus. *Schütz.* Vetustiores codd. apud Victorium *ex artis*; unde ille correxit *et artis.* Graevius et Ernestius deleverunt *et*; Corradus legebat *ex te artis.* Nostri aliique libri vett. *vel ex arcis*, hoc est ex arca; quod Lamb. recepit; et unus 13 cum ed. Med. *ex arte.*

17 Occurrit etiam ep. CDLXXIV, et eumdem esse puto ac Verrium Flaccum iuris pontificii peritum, de quo Macrobius, sat. I, 15. *Vocare* ad cenam.

18 Qui erat adeo in luxuriae Romanorum deliciis, postquam Hortensius primus cibi gratia pavonem occidit, ut sine pavone apud eos cena lautior et sumtuosior non appareretur. Plin. X, c. 20; Stuck. Antiq. conviv. II, c. 8. Ideo ep. CDLI ait: *Plures pavones confeci, quam tu pullos columbinos.* Alii aliter interpungunt *sine pavone tamen: in ea cena* etc. Sed nobis cum ceteris videtur adversativam *tamen* antithesin constituere posse praeced. *Nos iam artis tantum habemus.*

19 Ex Hirtii coquo.

20 Caesarianos, et opponitur τῷ *bonos viros: tristes* propter eorum, scil. Pompeiana causa perdita. Mox cod. Zel. A *perhumaniter.*

21 Refertur ad ludum quem Cicero instituit ep. CDLI. *Audiant* dedit Ernestius ex ed. Rom.; melius certe quam vulgatum *audiunt*; nam est pro *ut me audiant*; an verius, nescio.

22 Aegrotante. *Manut.*

23 Nonius Marcellus adnotavit *comedim* hic esse legendum pro *comedam*; quomodo Plautus quoque in Bacchid. IV, 4, 91:

Quod dem scortis, quodque in lustris comedim congreget pater.

Io. Rivius. Comedim habent Medicaeus et Petrarchae liber; at nostri omnes aliique *comedam.*

CDLVII.

1 Amb. 3 *Si tamen c. s.*

2 Nomen proprium loci inter ostia Vulturni et Linterni iuxta littus in Campania. Columella VIII, 2.

3 Vnus Amb. aliique apud Graev. et Schütz. *institui.*

4 Tamquam aegrotum, in quos proprie illud officium convenit, et plus hinc apparet significare quam *videre.* Alii *visitare.* Cort.

5 Articulis ita laborantem, ut cenam apparare non possit. *Manut.* Sunt qui putant hoc literis graecis exaratum fuisse in antiquioribus codd. ut revera est in ed. Rom. Nostri aliquot aliique *artetricum* vel *arteticum.*

CDLVIII.

1 Amb. 2 aliique *Ad diem VIII Kal.*; alius 12 *ad diem IX Kal. Iunias*; alii quidam *VIII Kal. Iunias* vel *Iulias*; quod postremum minime verum est credibile; nam semper alias in Cicerone is mensis veteri appellatione dicitur Quintilis.

2 Alii olim *faciam te ante cert.*; aliqui *te* omittunt.

3 Haec delevit Graevius auctore ms. Pal. et suo optimo, quod non haberent commodum sensum, iudice Manutio, nempe quia non consentirent ultimis: *me hoc biduo aut triduo exspecta*. Sed haec me non movent. Sensus est: opto ut tu bene valeas quamdiu in his locis erimus, ut frequenter una esse et frui consuetudine nostra possimus. Ratio est quia posthac longo tempore non dabitur facultas talis consuetudinis nostrae. Ei rei non repugnant ultima. *Ernest.* Haec etiam a duobus Ambb. absunt.

4 Bene I. Fr. Gronovius eos refellit, qui *constitutum cum podagra* putant esse propositum de podagra curanda. Qui enim cupit aliquem valere quomodo auctor est illi in morbo curationis differendae? Iocatur hic suo more Cicero. *Anonym.* Hic ergo facete videtur significare: si convenisti, si pactionem fecisti cum podagra, ut aliquantulum cesset, atque ab ea liber esse possis; fac ut ea cessatio ulterius protrahatur. Msti *si quid const.* diserte vel ambigue compendio *qd*, ut *quod* aut *quid* aeque legi possit, quo altero in casu *constitutum* participium est, non substantivum, ut contra cum *quod*, ut animadvertit Ernestius.

5 Acute Schützius putavit haec nonnisi superfluam repetitionem, et frigidam interpretationem sententiae praecedentis; sed nimis audacter delevit.

CDLIX.

1 Corradus et Mongalt. explanant in Cumano, quia et vicinus erat Philippus; ep. DCLII.

2 Quae perierunt.

3 Sic per iocum designat L. Marcium Philippum (ep. DXXXII); quemadmodum Demosthenes Philippum regem Macedoniae per contemtum appellabat *Amyntae filium*. Sed Cicero fortasse per notam sic obscure illum indicavit, ne Caesaris affinem aperte offenderet.

4 Hoc est a Bosio ex Decurtato. Manutius et Lamb ὁ (alii ὦ) ἀπεραντολογίαν δοὺς; quod aeque aptum, et sensum magis connectit, nempe qui infinitum sermonem dedit, quo me interpellavit. Idem Lamb. ex vestigiis cod. Torn. coniecit etiam ἀπεραντολογίαν ἔχους.

5 Quae hic sunt. *Corrad.* Aliqui vett. *cum his r. o.* Helmst. *nuntiis rebus omnibus*; al. tantum *his r. o.* Ms. Iunii *Tamen his r. o.*, nempe suavior est mihi conspectus tuus, ut ipse explanat, in quo aposiopesin esse putat.

CDLX.

1 Attici servo vel liberto nuper mortuo. *Schütz.*

2 Idipsum Sulpicius Ciceroni filiolae mortem lamentanti obiicit ep. DLVII, 4: *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Hoc te exspectare tempus, ac non ei rei sapientia tua te occurrere, tibi turpe est.*

3 Alterum Attici libertum. Quare eum vocet *Tyronis imaginem*, vide ad ep. CCXXVIII, 4.

4 Quirinalis, in qua tua domus est. Si quid habet, inquit, ἐπιδήμιον, idest si morbi epidemici grassentur (hoc enim

timendum erat, quum eodem tempore et Athamas periisset, et Alexis aegrotaret), transferamus Alexin domum meam, cuius pars superior vacua est. Sic fere Manut.

5 Quum in vett. plerisque scriptum esset *testamento*, Corradus exponebat Tironis manumissi. Manutius vero mendum suspicatus coniiciebat *Thullameto*, qui erat item Attici servus. Bosius denique correxit *Tisameno* ex Decurt. Tornaes. et Crusellino.

CDLXI.

1 Idest peculiari, singulari; ep. CCCXCI, not. 6. Mox Lamb. et ed. Rom. *apud nos*.

2 Accipio non masculino genere, ut intelligatur *dolorem*, quod vult Manutius; sed neutro, ut sit *aliquid mei moris*. Plaut. Trin. III, 2, 5: *Neque meum est, neque facere didici.* Bacch. V, 2, 34: *Tu tuum facito; ego quod dixi haud mutabo.* I. F. Gronov.

3 Quatordecim annis ante, quum esset consul. Id clarissime ostendit ep. CCCLXII, 1: *eaque ipsa tempestate eversam esse remp.* (cogitavi), *quam ego XIV annis ante prospexerim.* Manut.

4 Quum proconsul in Ciliciam profectus A. V. C. DCCII, prid. Kal. Sext.; epp. CCXIX et CCXXXVIII. Ms. aliqui *permagnam partem*.

5 *Praedicendo* hic locum habere non posse, facile assentiaris animum si recte advertas. Non vereor ne errem si rescribam *praecidendo*. Praecidere bellum eadem elegantia dicitur qua praecidere amicitiam. Saepius Cicero hoc verbo eadem potestate usus est. *Heumann.* Ineptius vero Pal. quart. *praedicando*.

6 Quinque codd. vett. *sentirent*. Tum alius pro *meminissent* habet *imminerent*.

7 Lamb. aliique *et aliquid addunt.*

8 Pompeium, Domitium, Scipionem et Catonem. *Consilium non secuti*, ne agentes de successore ante tempus mittendo (ep. CCCLXV), Caesarem irritarent. *Corrad.* Codd. vett. aliqui *sint secuti*, quod Benedictus recepit post Bengelium.

9 Parietum ruinae et rudera aedium. Cicero metaphorice ad ruinam reipublicae transtulit, et *quasi* praeposuit veritus ne paullo durior translatio videretur. Ambb. 3 et 7 cum Zel. A et Rec., item edd. Rom. et Iens. perpetuis. Alius 12 *parricidiis*, 14 *perditione;* alii aliter corrupte.

10 Caesar Sulpicium plurimi faciebat (ep. CCCLXV), qui ei adhaesit in bello civili, quemque post aciem Pharsalicam Achaiae praefectum reliquit; ep. CDLXIX.

11 Sic recepi cum Graev. et Oliv. aliisque, quod habent Ambb. et alii plerique libri vett. Ceteri *ut quidem*, vel *et ut equidem*; Iens. *ut equidem sentio:* sed mallem *sed ut.* Tum aliqui utrobique legunt *neque.*

12 Sic lubet edere cum Lamb. Martyni-Lag. et Oliv., ut est in duobus Ambb. 2 et 15 aliisque: nam ita sensus et forma requirunt, et repetitio τῦ *ego* prox. praeced. Aliis abest *ipse.*

13 Servius Sulpicius ab ineunte adolescentia Ciceroni familiaris fuit, quum primum Rhodi studiis simul operam navarent. De eius scientia iuris sermo est etiam de Off. II: *vir administrandae reip. peritissimus.* Duo Ambb. ex emendatione *adiecisti*; unus 7 *dedidisti.* Supra ms. quidam *scientia* vel *sapientia.*

14 Oratoriae. *Corrad.* Paullo ante Mart.-Lag. *quod sperem*; praeter necessitatem.

15 Bene sic Ernestius post Lamb. aliosque pro vulgato *viderem*, cui male respondet *postea quam.*

16 Iuris civilis et pontificii. *Corrad.*

17 Philosophicis. *Idem.*

18 Filius; epp. CLXXXVII, 1 et CCCLX. Mox Oliv. et Schütz. post. Beng. et Bened. ex aliquibus mss. *in qua*, quod ego quidem non receperim.

CDLXII.

1 P. Filio, qui et Vacia cognominabatur, ille qui consul fuerat cum Caesare A. V. C. DCCV, et collega erat Ciceronis et eiusdem Caesaris in auguratu. *Proconsul* vero in Asia.

2 Verba haec *idest* etc. Ernestius insititia putabat, cui non assentior. Nam Cicero ipse hoc addere debuit, ut verba de re publ. quo sensu accipienda essent, Servilius sciret. *Schützius.* Collaudat I. V. Cler.: sed forte melius tres nostri, Zel. A, Rec. cum edd. Rom. Iens. aliique codd. apud Graev. *de re publ. et de statu provinciae*; immo libri Lambiniani sine copula *et*.

3 Lamb. cum aliquibus mss. de *rep. summa*; cui assentiunt Graev. et Frid. Gronov., qui etiam explanant: de universo statu imperii Romani quid mihi videatur.

4 In auguratu (ut supra, not. 1): quamquam enim pontifex maximus fuerit, tamen etiam augur. Philipp. II, 35. *Cellar.* Paullo post unus Amb. *cuius cons. magis referebat.*

CDLXIII.

1 Codd. plurimi *ulla*; sed minus recte.

2 Vnam speciem epistolarum: nam *species* est pars generis, et *pars* aliquando pro specie adhibetur ab ipso Cicerone, Inv. I, 22.

3 Ms. quidam apud Graevium *tale tibi scr. p. aut animo cogitare.*

4 Hoc est, qui debebam aliquod auxilium tibi promittere. Gronovio et Graevio ex mss. placebat *in quo debeat*; sed minime necessarium est quicquam immutare.

5 Ambb. omnes aliique plures *quid.*

6 Alii quidam *afflictus*; unus Amb. *abiectis*, ita ut seq. *opibus* respondeat.

7 Malam fortunam tolerabam. *Cort.* Schütz., auctore nescio quo, *casus sust. meos.*

8 Ms. quidam cum Lamb. *perculit*; alii *pepulerit* vel *pepulerat.* Codd. Dresd. 2, 4 *privatam p.*

9 Codd. aliqui vett. *nihil eis*; duo Amb. aliique cum Rec. *nihil minus*; Rec. addit *eis cur conf.* Mox edd. vett. aliquae *ut hoc ipsum.*

10 Qui perierunt vide ad ep. CDLI, not. 7. Alii vero post Pharsalicum proelium in Achaiam, alii in Africam, alii, ut Marcellus, Mitylenas (ep. seq.) fugierunt.

11 Praesertim contra Catilinae coniurationem. Sic Plutarch. in Opusc. Ἐι πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον: *Cicero ipse fatetur, saluberrima et maxima consilia, quibus recte consulatum gerens patriam servavit, cum P. Nigidio philosopho communicasse.*

12 Aliqui addunt *id ipsum*; alii *sed ipsum* pro *etiam*; alii utrumque; alii *sed etiam ipse v.*, ut cod. Lips. Amst., et recepit Benedictus.

13 Ipsam Catilinariam coniurationem. Schütz. *incendium illud*, post Mart.-Lag., qui mox edidit *in ea nunc urbe.* Tum illa *nos olim* in plerisque Ambb. absunt; ceteri cum ed. Rom. *non solum*; unus cum Pal. Sext. *non olim.*

14 Schütz aliique *mihi ipsi*, fortasse melius, quum casus rectus iam superius exprimatur: sed tamen utrumque usitatum, et eodem redit.

15 Apud omnes. Ms. Grut. et Pal. prim. *proxima quadam gratia*. Mox vulgo *et mihi certe*: sed τὸ *et* recte delevit Ernestius auctoritate msti. Sic ep. DXVI, 3: *studio quidem certe*. Paullo post idem Pal. prim. et Vatic. *possim*.

16 Supple *te*, sine quo Ernestius iam questus est durum nimis esse, quodque nimirum habet Lamb. *ut te consoler*.

17 Exquisitam fuisse doctrinam in P. Nigidio Figulo testatur Gell. (XIX, 4), dum hunc et Varronem *doctrinarum culmina* appellat; et Macrob. (Sat. III) *maximum rerum naturalium indagatorem*. Prae ceteris vero idem Cicero illum splendide laudat in Prooem. de Vniv. Vide Manut. Ianus Rutgerius fragmenta librorum, quos magno numero composuit, tum Graecos tum Latinos collegit, Var. Lect. 6, III, c. 16.

18 Quia diligenter attente observo quid hic agatur, quomodo res se habeant, sive gerantur. Mart.-Lag. dedit *talia curo attendoque*, qua auctoritate, nescio.

19 Est in tribus Ambb. *non semper fore* vel *semp. non f.*; quod iam Lamb. vidit in aliis, estque in ed. Med. Quod si quis probet, ait Schützius, Ciceronem divinare intelligat, statum hunc reip. sub dominatione Caesaris non semper futurum. At consideret etiam, in huiusmodi rebus Ciceronem de more semper tristia ominare; et si admittatur *non*, evanescere antithesin, quae hic necessaria videtur.

20 Caesaris scilicet. Sic eum designat etiam in ep. DCCVII ante fin. *Primum* respondet infra sequentibus: *Familiares vero eius*. Pro *ipsius* cod. Amb. 7 *eius*. Tum mss. Grut. aliique *prospicere*.

21 Pompeianis illis, qui post pugnam Pharsalicam bellum in Africa renovarunt; ep. CDLXV. *Respondere tristius*, idest veniam precantibus negare, ut explanat Manut.

22 Aliqui olim *quoscumque viros h.* Mox Lallem. e mss. regiis, quibus consentiunt Ambb. duo, *a quibus tenetur.* Neque necessaria est praepositio, quum casu tertio more Graeco aeque bene dicatur.

23 Aliqui olim *prius om.*

24 Lamb. aliique *amplectar*; alii *complector.*

25 Idem Lamb. *me insinuabo*, nempe quia fortasse durior ellipsis ei visa est, et mendosus locus; sed eos qui sic opinantur, optime refellit Manutius, quem vide. Mox idem Lamb. cum aliis *perveniri p.*

26 Amb. 7 *malim meum esse*, ut edidit Martyni-Laguna.

27 Rebus sive fortunis, et significat cito in patriam restitutum iri Figulum, et recuperaturum bona. Ambb. omnes aliique libri vett. *te esse*; quod etiam edidit Schützius: et sane *te* praecedens regitur a *sperare*, hoc alterum vero *visurum* rite postulat.

28 Sic Victorius aliique posterr. Ambb. omnes aliique mss. et edd. vett. *horter et obsecrem.* Mox mss. alii *studioque reperisti;* alii *peperisti.*

29 Persecutionis Clodianae, et exsilii.

CDLXIV.

1 Aliqui vett. *qui cons. m. atque o.;* Schütz. *optime atque m.*

2 Vtpote qui vel bellum lente gerendum censebat (ep. CDLII), ut explanat Corradus; vel exprobrabat Pompeio, quod Picenum totum, quod urbem, quod Italiam totam Caesari reliquisset, nec ea defenderit (epp. CCCVII, 2; CCCX, 1 et CCCXXXI), ut rectius opinatur Manutius.

3 Neque magnas, neque bellicosas. *Cort.* Vid. ep. CDLII.

4 Ex tyronibus magna ex parte collectum; epp. CCCXXII, CCCXXXVI et CD. *Manut.* Lamb. utrobique *neque — neque.*

5 Duo Ambb. cum Rec. *distinctos.*

6 Vid. epp. CDLVI, CDXXXVIII, CDX init., CDVIII, 2 et CDV, 2. Magna hic varietas occurrit in libris vett. Alii, ut Ambb., *ii qui;* alii *hi se;* alii *hique qui:* alii *iique;* alii denique, ut Lamb., *ut ii qui in Afr. se cont.*

7 Ambb. omnes cum Rec. et ed. Rom. *se victos esse crediderunt;* quam lectionem aliqui receperunt. Mart.-Lag. vero *victori se se tradiderunt.*

8 Significat se de restitutione Marcelli nihil dubitare, dummodo Marcellus illud beneficium a Caesare accipere velit. Supra duo Ambb. cum Rec. *afferat — vereatur.*

9 Schützius de sententia Ernestii *sed tametsi*, quod est et in Varr. lect., et ego quoque probarem si sequeretur *constitueris*, aut esset *tamen etsi*, ut alias.

10 Qualiscumque status esset reip. Hoc defendunt Victorius, I. F. Gronov., estque pro *cuiusmodi*, *cuiuscumque modi*, ut *alimodi* pro *aliusmodi*, *alterutrius* pro *alterius utrius.* Ambb. omnes cum vulgo *cuiusmodi res esset:* unus *mores esset.* Lamb. *cuius cuius modi r. e.*

11 Vnus Amb. *disponi volumus*; alius *dissipari noluimus.*

12 Lamb. aliique *pateretur;* Amb. duo *patitur.*

13 Caesarianos quosdam insigni audacia, et fortasse egentes designat.

14 Codd. aliqui, ut Scaels. Rec., *hoc te u.;* Lamb. *pro te u.*

15 Scil. ad Caesarem. Ed. Rom. *precibus apud Caesarem tard.* Supra Scaels. aliique *cura et labore.*

16 Dolabellae, Hirtii (ep. CDLI), Balbi, Oppii (ep. CDXIV), aliorumque. Lamb. aliique *deprecatore.*

17 Scilicet in consilium, et cetera quae praecedunt; conf. ad ep. DCCLXXVIII init. Hoc est, tui reliqui, praeter fratrem, nos de tua restitutione non consulunt. Vid. Manut. Supra vett. aliqui *M. non defuimus.*

CDLXV.

1 Tristi, calamitoso; nam exsulabat Ligarius, quod in Africa Pompeianis in partibus fuisset. Vide Orat. pro Ligario.

2 Lamb. aliique *feci:* quod habent Ambb. aliquot, partim e correctione; alii corrupte *fecerim.*

3 Schützius cum Martyni-Lag. emendavit *quin sententiam tibi et voluntatem*, nulla neque necessitate postulante, neque auctoritate suadente.

4 Qui fuerunt contra Caesarem in Africa. Paullo supra in cod. Peck. abest *etiam*, cuius tamen vicem gerit *et.*

5 De Pompeianis in Africa devictis. *Manut.* Vid. ad ep. CDXXXVIII.

6 Duobus Ligariis, quorum alter Titus (ep. DCXXVII) dicebatur, alterius praenomen ignoratur. Duos pariter Ligarios proscriptos nominat Appianus, Bell. civ. IV, c. 22.

7 Nostri fere omnes aliique *et virtute et pietate*, duo reliqui *ex virtute et pietate;* quod aliqui receperunt. Mox mss. aliqui cum Lamb. *salutis tuae cura.*

8 Alii ex mss. *Et si t. f.* Mart.-Lag. *etsi fit t.*

9 Vid. ep. CDLXIII, 2, not. 21.

10 Graevii mstus *fore.*

11 Aliqui *affirmare.*

12 Sic omnes Ambb. cum Ernestio et posterr. Vulgo *Quum quid.*

13 Sic Lamb. Ernest. Mart.-Lag. Schütz. et I. V. Cler.; nam pendet a futuro *declarabo.* Vulgo *quid vellem — re potius declarabo quam oratione;* quod itidem, ut edimus, correxerunt Mart.-Lag. et Ernest. ex ms. Gu. 2.

14 Quum in libro ms. apud Vrsinum legatur *non esses*, coniecit legi eleganter posse *nae tu* etc. Supra vero Ernestius coniiciebat *quod si.* Schütz. omisit *et*, ac periodum absolute inchoat. Lamb. *et vero si t. p.*

15 Eadem calamitas, scil. bellum civile, utrumque nostrum percussit.

16 Quod gratiae mihi superest. Amb. 15 *reliquum gratiae.* Mox Schützio videtur delendum *gratia* eo quod inculcatur ab anteced.

17 Revocavi lectionem vulgatam antiquam omnium fere vett. librorum, quam bene defendit Graevius, quicquid alii dicant. Alii *non modo nunc secunda*, quae quidem non repugnat sensui, sed altera melius congruit.

CDLXVI.

1 Aut hyperbolice accipiendum, aut pro *singularem*, aut pro *in paucis.* Ita Victor. Graev. et recentiores ediderunt; etsi Manut. Lamb. aliique vett. receperint *virumque fort.*, quod nostri omnes praeter unum habent et aliorum plurimi, nescio quam bene coniunctum τῷ *hominem*, et repetitum a prox. praeced. *virum.* Idem Lamb. *neque confirmare*, ut supra.

2 Io. Rivius ait esse in msto exemplari *o. d. tua causa, quae possum;* et hoc receperunt Manut. Lamb. aliique, et ex recentioribus Oliv.; et sane in vulgata sensus constare non potest, nisi ea verba subaudias. Ipse Lamb. supra *et ad omnia;* quod aeque verum esse potest. Mox idem cod. apud Rivium *sed ea etiam quae p.;* quod sane hic melius et magis euphonicum quam *quoque;* peius vero vulgo *sed ea quoque etiam quae non possim*, alii *possum.* Vide Graev. Denique *putem* recepi ex Ambb. aliquot, Zel. A et Rec. aliisque apud Ernestium, pro vulgato inverisimili *putent;* nam, ut iam idem Ernest. vidit, Marcelli uxor, liberi etc. non poterant putare, Ciceronem ea debere praestare quae non posset. Ciceronis hoc est cogitare se plura debere quam possit.

3 Lamb. *tu me vel mon.* Amb. 2 *vultu me m.;* alii vero corrupte *multum.*

4 Qui in patriam me recepi; ad ep. CCCXCVIII, 1. Mox Lamb. aliique *in animum inducas.*

5 Amb. 15 cum Lamb. *iudicio omnium.*

6 Libri vett. aliquot *qui;* aeque recte; nam ad *locum* referri potest.

7 Scilicet Caesar.

8 Sic multi Ambb. cum Lamb. aliisque vett. Vulgo *dignitates;* insolenter et male respondens τῷ *nobilitatem.*

9 Lamb. et vetustiores edd. hoc non habent, legentes me *tuum fore c. t.*

10 Si amici et necessarii tui non deficient. Et revera derelictum esse ab illis, apparet ex ep. CDLXXX: *In summa paucitate amicorum, propinquorum ac necessariorum, qui vere meae saluti faverent, te cupidissimum mei — cognovi.*

CDLXVII.

1 Quis fuerit hic Gallus, non certe constat. Sic simpliciter a Graevio inscribitur ut omnes nostri praeter unum 7, qui ut vulgo *Fabio Gallo.* Sed M. F. Gallus, ad quem sunt epp. DCXXXV et DCXXXIX, esse non potest; nam ea de tribunatu plebis, de impudenti rogatione illi non conveniunt. Manutius opinatur esse P. Sextium pro quo exstat oratio (Pro Mil. 31). Esse T. Fadium Gallum Ciceronis consulis quaestorem (Orat. post red. in Senat.), et tribunum pl. an. DCXCV officiosissimum in Ciceronem (ep. LXIX) contendit Pighius (an. Rom. DCXCV). Etsi genti Fadiae cognomen illud fuisse non probat; cetera tamen Fadio conveniunt, sed minime P. Sextio, qui quaestor quidem fuit Cicerone consule, sed

eius quaestor non fuit, cumque Caesare victore, post bellum mox restitutum, Ciceroni semper amicissimum fuisse constat, secus ac alter, ut e contextu epistolae.

